



ris p
L
chrit
Quo
eccl
de m
res:
riof
secu
ra im
sumu
in g
Don
que
ben
affe
don
que
ciar
do:
lud
tur
rum
fane
cele
ver
tan
tur
bi
ch
La
et p
die
not
mo

Prologus in vitam beati Brunonis confessoris primi institutoris ordinis Carthusien.

Non solum dominū in sanctis eius: sed etiam ipsos sanctos in domino laudare iubemur: sicut scriptum est. Laudemus viros gloriosos. et parētes nostros: in generatione sua. Homines diuites in virtute: pulchritudinis studiū habentes: pacificantes in domibus suis. Quorū corpora in pace sepulta sunt: et laudem eorū nunciat ecclesia. Laudemus inquā. et verbo ac imitatione dignos laude monstremus: viros. sic a virtute dictos. non quidē viatores: cum veritas dicat. Meminē salutaueritis in via. Sed gloriosos: scilicet in gloria iam receptos: et de sua immortalitate securos. Et parentes nostros spirituales: quorū fidem et opera imitari debemus: et quorū doctrina et exemplis. deo genitum sumus: secūdu illud apostoli: Per euangeliū ego vos genui. In generatiōe sua: id est. secūdu ea que fecerunt in vita sua. Homines diuites in virtute. Nam virtutes vere diuitie sunt: que violenter auferri nō possunt. Pulchritudinis studium habentes: per verā fidem. et debitam ordinationē cogitationū: affectionum. et operum. Pacificātes: id est pacem habētes in domibus suis. Quorū corpora. in expectatiōe pacis perfecte. que dabitur in resurrectiōe: sepulta sunt. Et laudem eorū nunciat ecclesia. Eorū videlicet exempla. et gloriosa facta narrando: ad dei honorem. et aliorū informationem. Hoc est enim illud iuge sacrificiū: quod in dei ecclesia. sine intermissione offertur. Sacrificiū acceptabile: holocaustum pingue: non hircorum. aut vitulorū: sed laudis. Dum scilicet laudatur deus in sanctis ei⁹. ab homine quē creauit: quē redemit: cui et regnū celeste promisit. Hoc est sacrificium deo gratum: credentibus vero vtile et necessarium. Necessariū quidē: cum per prophetam dominus dicat. Immola deo sacrificiū laudis. Et vero gratum et acceptabile: quia sacrificiū laudis. inquit: honorificabit me. Nobis aut vtile: quia illic ostendam illi salutare dei: christum scilicet. qui caput est oīm sanctorum: et merces eorū. Laudemus igitur dilectissimi fratres. dominū in sanctis eius: et precipue in hoc beatissimo patre nostro Brunone. cuius hodie festiuitas agitur: qui nos in christo genuit: qui vite viam nobis in heremo preparauit: et viuendi normā. suo exemplo monstrauit. Et quis eum vt dignum est. laudare non sufficiat.

Vita beati Brunonis

mus: ab eius tamen laude cessare non debemus. Exaltemus itaque eum. et laudemus quantum possumus: quia maior est omni laude. Mirremus mirabilia eius que fecit: et annunciemus inter gentes opera eius: ut ex eis glorificetur deus: et ut nos eum quem patrem. habere mereamus in terris: socium et confratrem. et nos adiuvantibus meritis et precibus. habere mereamur in celis.

Explicit Prologus

Incipit vita Beati Brunonis.



Temporibus Gregorij septimi. romani pontificis: et Henrici quarti imperatoris: circa annum salutis nostre. octogesimum secundum. supra millesimum: cum in parisiensi civitate. solenne floretet studium: abundans tum multitudine scholarium. quam copiosa caterua doctorum solennium: in omni doctrinarum genere: tale in ea contigit horrendum et memorandum spectaculum. Quidam enim solennis doctor. inter ceteros doctores precipuus: scientia et moribus excellenter ornatus: ac pre ceteris honoratus: gravi quadam infirmitate preuenetus: lecto decubens. vite sue die clausit extremum. Cui cum solennes de more pararetur exequie: ad eum honorandum convenit. magistrorum. studentium. et aliorum civium: multitudo copiosa. Quibus comitantibus et funus persequentibus: defuncti corpus ad ecclesiam. in qua sepulture dandus erat: delatum est. Cumque ab inuitatis ecclesiasticis qui tunc aderant. defunctorum solitum decantaretur officium: cum veterum est ad eam lectione que incipit. Responde mihi: surrexit qui erat mortuus. Et elevato paululum capite: resedit in feretro. Cunctisque videtibus et audientibus: ac pre novitate rei stupentibus: alta licet horrenda voce. clamare cepit. et ait. Iusto dei iudicio accusatus sum. Quo dicto: iterum recubuit. Hi vero qui hec audierant et viderant: non modicum. nec immerito territi: decreverunt. consulte quidem et provide. sepulturam eius in crastinum differendam: rei exitum prestolantes. Die itaque sequenti. cum tantum spectaculum iam fuisset in tanta civitate vulgatum: ad dictam ecclesiam convenit maxima et quasi innumerabilis. utriusque sexus populi multitudo. Ubi reinceptis et inde continuatis exequiis: dum ventum est ad eiusdem lectionis initium: idem defunctus ut prius de loculo. in quo mortuus iacebat exiliens: dixit. Iusto dei iudicio: iudicatus sum. Et his dictis: intra feretrum. iterum se recepit. Unde crevit inter

775

Vita beati Brunonis

stantes admiratio non parua. Quia tamē ex his. nondū fuerāt de eius reprobatiōe securi: cū verba illa. accusatus sum. et iudicatus sum. possent etiā in bonā partem interpretari: tāq̃ ipse primo iniuste fuisset ante tribunal christi. ab eo qui perde recuncta festinat. indebite accusatus: et inde iusto dei iudicio. ab eius calumniōsa accusatione liberat⁹: cunctis placuit. et in sequentē tertium diem. eius sepulturam continuari. Tertia itaq̃ die. factus est cōkursus nimius virozū et mulierum: ita vt pene tota ciuitas. ad tam admirandū dei iudiciū prestolādum cōflueret. Et ecce cum priori more. exequie cōtinuarentur et fierent: surrexit iam tertio idem defunct⁹: et voce valida. cūctis mortalibus metuēda. dixit. Iusto dei iudicio: cōdēnat⁹ sum. Que vox tam stupenda et horrenda: et a seculo inaudita: omnes qui astabant. pene exanimēs reddidit. Qui tamē omnes. eum tanq̃ a domino reprobatū. et ei⁹ iusto iudicio (vt ipse idē testatus est) cōdemnatū: omni ecclesie suffragio: necnon et ecclesiastica sepultura. indignū iudicātes: in sterquilinio sepeliri fecerūt. Unde cū in parisiensi. et ceteris vicinis ecclesijs. quarta lectio in agenda defunctorū incipiat. per quātas habeo iniquitates: omiſſis verbis seu dictionib⁹ illis prioribus. respōde mihi: fertur a nōnullis. q̃ dicta verba fuerūt extūc inde deleta: ob perpetuā. et indelebile tam expauēdi iudiciū memoriā. Aderat autē tūc. huic tam horredo spectaculo inter ceteros doctores. beatus Bruno. natione teuthonic⁹: ex ciuitate insigni colonia et regia. de parētibus nō tā genere q̃ virtute claris. et nobilibus ortus: remensis ecclesie canonic⁹: doctor ⁊ scholariū magister. Doctor utiq̃ in diuinis precipue litteris. vt eius scripta testant. eruditissim⁹: et pre ceteris honoratus. Qui ex his tam insolitis. tam horribilib⁹. et totiēs iteratis vocib⁹. salubriter territus: et quasi cōsternatus: vocatis nōnullis ex sibi magis familiaribus socijs et discipulis: inter quos erant. magister Laudun⁹. qui post eū. prim⁹ prior cartusie fuit: duo stephani. vnus bürgeſis. alter diensis. ambo canonici sancti rufi. secus valenciā: Hugo capellanus: et duo laici Andreas. scilicet et Guarinus: ait. frequenter cum apostolum legerem⁹ audiui⁹: et nūc vero etiam experimēto didicimus fratres mei in christo dilectissimi et desyderātissimi. q̃ incōprehēſibilia sint iudicia dei: et inuestigabiles vie eius. Hūc em̄ defunctū. dum adhuc viueret: et vidim⁹ et cognouim⁹. Virū utiq̃ humana sapiētia doctum: virtutib⁹. si tamē vere in tali-

ita beati Brunonis

bus virtutes sint. ac morib⁹ ornatū. et secundū exteriorē sapi-
entia. castū. prudentē. pudicū. domui sue bene prepositū.
et ab omnibus honoratū. ac magno in precio habitū. Nunc
vero ex ore eius audiui⁹. eū iusto dei iudicio esse p̄demnatū.
Iusto quidē. quoniā iustus dominus. et iusticias dilexit. cu-
ius propterea iudicia. nō possunt esse nisi iusta. licz plerūq; et
vt plurimū. occulta sint. Iusto inquit dei iudicio cōdemna-
tus sum. Vox profecto terribilis. et metuenda. Que o vtinā
sonaret iugiter in auribus nostris. et cordis intima penetra-
ret. vt eum cuius iudiciū effugere nō possumus. timeremus.
et timendo fugeremus a ventura ira. et salutis dum tēpus est.
quererem⁹ oportuna remedia. Considerem⁹ queso fratres mei.
quid sibi nunc in inferno prodest. cum tāto labore quesita sciē-
tia. cum continua. et perpetua labore cecitate et ignorantia.
Quid diuitie. cum nec guttā aque. ad refrigerandā linguā ha-
bere valeat. Quid honores. quid delitie. cum tot nunc coga-
tur subire tormēta. quod in mundo habuit oblectamēta. Audi-
mus corpus eius nunc sine honore sepeliri in sterquilinio. co-
gitemus animā eius sepultā esse in inferno. eternis incendijs
cum impijs eternaliter cruciandā. Ubi vermis eorū nō morie-
tur. et ignis non extinguetur. Ubi ardor incōparabilis. fetor
intolerabilis. dolor interminabilis. Ubi querēt homines mor-
tem. nec inuenient. Nam tunc mors immortalis erit. que depa-
scet eos. Nō vt moriant⁹. sed vt ad penas iterum renouentur.
Quid igitur faciemus. Ad cuius consilium fugiem⁹. Omnes
enim nos quasi oues errauim⁹. vnusquisq; in viam suā decli-
nauit. Nec est qui faciat bonū. non est vsq; ad vnum. Omnes
peccauim⁹. iniuste egimus. iniquitatē fecimus. Omnes nos
filij ire sumus. pari propterea pena digni. nisi nos inde cripi-
at misericordia christi. Quid faciem⁹. Nonne et omnes simul
peribimus. Nonne si huic nō pepercit. nec angelis peccanti-
bus. nec ramis naturalib⁹. putam⁹ q̄ necq; parcat et nobis.
Putamus q̄ sit abbreviata manus eius. vt ultra misereri non
possit. Aut q̄ contineat in ira sua misericordias suas. Absit.
Quid igitur faciemus. O fratres mei in re tam perplexa. tam
ardua et tā graui. ne in viribus pprijs confidisse videamur.
queram⁹ consiliū. Non a iudeis. qui in sola legis obseruantia.
iustificari se credunt. non a grecis et antiquis eorum philoso-
phis. qui in sua virtute confidūt. nō a ceteris seculi huius. cō-
quisitorib⁹ et sapientibus. qui ignorāt que dei sunt. sed poti-

126

Vita beati Brunonis

us ab his qui timet dominum. qui ambulat in vijs eius. **C**onsulam igitur primo aduocatū nostrū. quē habemus apud patrem. id est sum christū iustum: qui est propitiatio pro peccatis nostris: et quid dicat audiamus. Quoniam inquit impletū est tempus. et appropinquauit regnum dei: penitemini. et credite euangelio. Quia nisi penitentiā egeritis: omnes simul peribitis. Audiamus. et domini precursorē Johannē: de quo scriptū est. quod inter natos mulierū non surrexit maior eo. Ipse enim predicās in deserto iudee: baptismū penitētie. in remissionem peccatorū: ait. Penitentiā agite: appropinquabit enim regnū celozū. Et iterum ad phariseos. et saduceos: **G**enimina inquit viperarum: quis demonstrauit vobis fugere a vettura ira: Facite igitur dignos fructus penitētie. Audiamus etiā. principem apostolorū Petrum: dicentē in actibus apostolorū. ad populū iudeozū. Penitemini inquit et conuertimini: ut deleatur peccata vestra. Et iterū cum quidā ex eis conpuncti corde dicerent ad petrum. et ad reliquos apostolos: quid faciemus viri fratres: Petrus vice omnium respōdit. Penitentiā agite: et baptizet vnusquisque vestrū in remissionē peccatorū vestrozū: et accipietis donum spiritus sancti. Hinc propheta ait. Si penitentiā egerit gens ista. a malo suo quod locutus sum aduersus eam: agam et ego penitentiā super malo quod cogitavi: ut facerē ei. Et sapiens. Si penitentiā nō egerimus inquit: incidemus in manus domini: et non in manus hominū. Hoc itaque sanū est. et salubre consilium fratres mei: si dei iustam vindictā. et tremendū eius iudiciū effugere volumus: ut penitentiā agamus. et lachrymis peccata purgemus. Hec namque est via: que ducit ad vitam. Hec secunda post naufragium tabula: per quā peccatores saluantur: et per quā. deus ad misericordiā inclinatur. Propterea dilectissimi abijcientes omnē immūdiciā et abūdantiā malicie: suscipiamus in mansuetudine. insitū verbum: quod potest saluare animas nostras. **C**onuertamur ad dominū. et miserebitur nostri: quoniam benignus et misericors est: et prestabilis super malicia: nec vult mortē peccatorū: sed magis ut conuertatur et viuant. Hec conuerti differamus in crastinū: quia qui penitentibus. veniā sponndit: peccatibus diem crastinū nō promisit. Unde qui pogrue penitētie tempus perdunt. frustra ante regni ianuā. cū precibus veniunt. Quibus per Salomonē dominus ait. Vocavi et renuistis: extendi manū meam: et non fuit qui aspiceret. Desperistis omne consiliū meū: et increpatioes

Vita beati Brunonis

meas neglexistis. Ego quoque in interitu vestro ridebo: et subsannabo cum vobis quod timebatis aduenerit. Cum venerit repentina calamitas: et interitus quasi tempestas ingruerit. Quando venerit super vos tribulatio et angustia. tunc inuocabunt me et non exaudiam: mane consurgent: et non inuenient me. Simus igitur factores verbi huius et non auditores tantum: fallentes nosmetipsos. imitemur saltem nimuitas illos: qui conuersi sunt in predicatione ione. et predicauerunt ieiunium. et induti sunt saccis: et egerunt penitentiam. Et vidit dominus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala: et misertus est super malitiam. quam locutus fuerat. ut faceret eis: et non fecit. Sic et nos faciamus: quia maior est quam ionas hic. qui ait. Penitemini et credite euangelio. Aperiamus pulsanti: vocantem sequamur. Quid dico vocantem: immo certe trahentem et cogentem intrare. Non enim vox ista. quam nunc audiuimus. facta est propter eum qui defunctus est: quia quis sit apud inferos penitentia: sera tamen: et infructuosa. Sed propter nos. ut nobis vox ipsa proficiat: quos adhuc diuina patientia. longanimitate expectat. Non igitur ultra de die in diem differam: quia qua hora dominus venturus sit. ignoramus: nec incertam mortis horam preuidere valemus. His auditis alter ex astantibus. magister scilicet Lauduinus. natione tuscanus: ex ciuitate Luca. vir utique doctus et timoratus: ait. Magister bone: iam scimus. quia veraces. et legem dei in veritate doces: verba enim tua verissima sunt. Quia dei iram. et iustam indignationem effugere non poterimus: nisi lachrymis peccata purgemus. Verum quia scriptum est. quod omne quod est in mundo. concupiscentia carnis est et concupiscentia oculorum. et superbia vite: quis queso innocens inter malos. tutus viuere. aut dignos penitentiae fructus agere potest: ubi superbia inflat: auaricia eneruat: luxuria inquinat: Ubi lites. contentiones. emulationes. oblocutiones. inuidie: Ubi fiunt latrocinia. perpetrantur homicidia: falsa proferuntur testimonia: committuntur adulteria: incestus. fornicationes. sacrilegia. veneficia. et similia: Ubi perijt in conuersatione simplicitas. in societate charitas. in actione iusticia. in locutione veritas. et in proximorum necessitate pietas: Ubi denique refriguit charitas: et superabundauit omnis iniquitas: teste propheta. qui ait. Non est misericordia. non est veritas: non est scientia dei in terra. Asperi illam: et ecce vacua erat. Et celos: et non erat lux in eis. Vidi montes. et ecce mouebantur: et omnes colles turbati sunt. Intuitus sum: et ecce non erat in

Vita beati Brunonis

stus. Et omne volatile celi recessit. Unde difficile videtur: imo pene impossibile. mundum. quem et ab omni peccato liberum. in mundo posse vivere: aut dignos in eo agere fructus penitentie. Nam. ut Augustinus ait. Inanis est penitentia: quam sequens culpa coinquinat. Nilque profunt lacrimae: si replicantur peccata. Et vulnus iteratum sanatur tardius. Et Gregorius. Qui inquit admissa plangit: nec tamen deserit: pene grauiori se subiicit. Unde ad veram penitentiam necessario requiritur: ut peccatorum cause penitus excidantur. Et propterea si ad hunc penitentie perfectum gradum. peruenire volumus: quia mundum istum sensibile. quem cernimus. quod diu in carne vivimus. omnino deserere non possumus: necesse est. ut saltem que in mundo sunt. omnia penitus relinquamus. dicente domino. Omnis ex vobis qui non renunciat omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Et iterum ad adolescentem: de vita eterna interrogantem. Si vis inquit perfectus esse: vade et vende omnia que habes. et da pauperibus: et veni sequere me. Qui cum hec audiens. tristis abscessisset: ait ad discipulos dominus. Amen dico vobis. quia diues difficile intrabit in regnum celorum. Hinc ait sapiens. Qui perfidit in diuitiis corruet: et qui festinat ditari. non erit innocens. Et iterum. Si diues fueris: non eris immunis a delicto: Nam qui volunt diuites fieri. inquit apostolus: incidunt in laqueum diaboli. His igitur omnibus. iuxta domini consilium calcatis. distractis. et pauperibus erogatis: christum sequamur et imitemur. Qui cum diues esset. egenus factus est: ut eius nos ditiaret inopia. Et quia doctissime magister. te docete. veritatis viam et iusticie semitam agnouimus: cum periculosum sit. vicino serpente dormire. et inter flamas illesis pedibus ambulare difficile: restat ut locum nobis inquiramus: in quo. licet in mundo. quasi sine mundo ab hominum consortio separati: peccata nostra deflere. et penitentie dignos fructus facere valeamus. Voce nos igitur queso. et locum tale nobis ostende: et quicquid inde decreueris. faciemus. Nam salus nostra in manu tua est. Ad hec beatus Bruno respondit. Viri fratres et patres audite. non me: sed mecum simul. Audiamus inquit illum summum. secretorum dei conscium. et prophetam eximium David: cui dominus incerta et occulta sapientie sue manifestauit. Audiamus primo quid dixerit: audiamus deinde quid fecerit. Ipse enim tunc. sicut et nos nunc. contristatus in exercitatione sua: et conturbatus a voce inimici. et a tribulatione peccatoris: dixit. Cor meum conturbatum est in me: et formido mortis cecidit super me. Timor et tremor venerunt super me: et contexerunt me

Vita beati Brunonis

tenebre. et dixi. Quis dabit mihi pennas sicut columbe. et uo-
labo et requiescam. Deinde subiecit. et ait. Ecce elongaui fu-
giens. et mansi in solitudine. Ecce inquit elongaui ab omni oc-
casionem. et circumstantiam peccatorum. mundum istum. mente et
corpore fugiens. Et mansi perseveranter. non in ciuitate. sed in
solitudine. Ille enim fugiens se elongat. ut Gregorius ait. qui a
turba desideriorum terrenorum. in altam dei cōtemplationē se
subleuat. manet uero in solitudine. qui perseverat in remota
mētis intentione. Unde idem propheta. ut dei uirtutem et dei
gloriā uidere mereretur. se solitudinis locum petiisse testatur.
dicens. In terra deserta. et inuia. et inaquosa. sic in sancto ap-
rui tibi. ut uiderem uirtutem tuam. et gloriā tuam. Solitudo
namque est uia. que ducit ad uitam. ubi pro terrenis celestia.
pro transitorijs mutantur eterna. Hec est locus penitētie. uia
iusticie. semita gratie. scala glorie. Hec est inque scala illa quā
uidit Jacob in solitudine. in terra stantem. et celum tāgentem.
que homines uehit in celum. et angelos ad nostrū recipit au-
xilium. Hec est uirtutū nutritrix. patientie custos. purissime sim-
plicitatis magistra. et fraudulente duplicitatē ignara. Hec
est quies laborantium. consolatio merentium. et in estu refrige-
riū. In qua est turris dauid edificata cū ppugnaculis. ex qua
mille clypei pēdēt. et omnis in ea armatura fortium. In qua est cā-
pus diuini certaminis. angelorum spectaculū. et palestra uirili-
ter dimicantium luctatorū. In qua adam tā diu saluus fuit. quā
diu solus mansit. Data uero sibi muliere in auxilium. mox ceci-
dit. Unde raptus est enoch. in solitudinem paradisi. ne mali-
cia immutaret cor eius. In qua abrahā. dum solus sederet sub-
tus illicē mābre. tres uidit. et unum adorauit. In qua iacob.
dum premissis omnibus solus manet. benedictione. simul et no-
minis mutatiōe felix efficitur. plus affecutus uno momēto so-
lus. quam toto uite sue tempore comitatus. Moyses cum mi-
nasset gregem. ad interiora deserti. dominum in ardenti rubo.
uidere. et audire meruit dicētem sibi. Solue calciamenta. de pe-
dibus tuis. locus enim in quo stas. terra sancta est. Cui nun-
quam nisi cum solus esset. dominus apparuit. Dauid ad deser-
ta fugiens. saulis euasit insidias. Hieremias poscens aquam.
dari capiti suo. et oculis suis fontem lachrymarum. ut lugeret
interfectos populi sui. locum quoque ubi se tam sancto possit in
opere liberius exercere postulat. dicens. Quis dabit mihi di-
uersorium uiatorum in solitudine. Tamque hoc ei. in ciuitate facere

Vita beati Brunonis

nō vacaret. Hoc modo indicās : q̄ impediāt socij gratiam la-
 chymaz. Qui etiā cū dixisset. bonū est prestolari cū silētio salu-
 tare dei. addidissetq; bonū est viro cū portauerit iugū ab ado-
 lescēcia sua : adiecit et ait. Sedebit solitari⁹ et tacebit : quia leua-
 bit se supra se. Helias in mōte. ad ostiū spelūce. solus. dominū
 trāseuntē agnouit. Et Heliseus duplicē eius spiritū. dū tolle-
 ref : accepit. Joānes baptista. ab vtero. spiritu sancto replet⁹ :
 nec mirabili natiuitate. nec parētū sanctitate. secur⁹ : frequētiā
 hominū tanq; periculosā fugiēs : solitudinis deserta petijt : vbi
 quid virtutis. qd ve meriti acquisierit : baptism⁹ christi. et pro
 iusticia mors suscepta monstrauit. Talis enim factus est in so-
 litudine : vt dignus esset lauante omnia christū. solus lauare :
 et pro veritate. nec carcerē nec mortem declinare. Quid plura :
 Iesus christus dñs noster. cuius virtus. nec secreto iuari. nec
 publico poterat impediri : duct⁹ est in desertū. nō dubiū. quin
 a spiritu suo : vt tentaref a diabolo. Christus relictis turbis.
 ascēdit in mōtē sol⁹ orare. Christus in deserto turbas pavit : suo
 exēplo nobis q̄tū solitudo proffit. insinuās. Sancti etiā ac vene-
 rables p̄res. Paul⁹. Anton⁹. Hilarion. duo Adacharij. Eula-
 lius. Arsen⁹. Euagri⁹. Basili⁹. Benedict⁹. et ceteri nobis innu-
 merabiles : q̄tū in solitudine p̄fecerit : vos ipsi cōsiderate. Et
 pbabitis suauitates psalmodiaz studia lectionū : feruores ora-
 tionū : subtilitates meditationū : excessus p̄teplacionū : baptis-
 mata lachrymarum : magis nulla re q; solitudine. posse iuari.
 Hinc ē q; de peccatrice ania. quā cupit ad se dñs reuocare : pro-
 pheta ait. Adducā eā i solitudinē : et ibi loquar ad cor ei⁹. Beea
 vero. que carnis vinculis absoluta : eterna gaudia itrare meru-
 it : in canticis dicif. Que est ista que ascēdit per desertū : sic vir-
 gula fumi. ex aromatis : Et iterū. Que est ista que ascēdit de
 deserto. delicijs affluēs : inmixta sup dilectū suū : Qui nō inueni-
 tur per vios aut plateas ciuitatis : sed in solitudine. Igitur fra-
 tres mei. oremus deū. vt nobis locū talē dignef ostendere in q̄
 queiā eo inspirāte. mēte cōcepim⁹ : possim⁹ ope p̄ficere. Facta
 itaq; oratiōe. duo Stephani. burgēsis. et diēsis canonici : dixē-
 rūt. Non lōge venerabiles p̄res a ciuitate valētie : cui coheret
 monasteriū n̄m scti Rufi. ppe fluēta rodani i cōfinib⁹ diocesis
 Biēn. vñ alter n̄m. originē duxit : est ciuitas alia grationopoli-
 tana. sic dicta. vel q; sub Gratiano imperatore cōdita : vel ab
 etymologia nostris. quasi gratiosa. nobilis. et populosa. Et in
 ea est beat⁹ Hugo : eiusdē ciuitatis ep̄s : Qui añ ei⁹ assūptionē

Vita beati Brunonis

ad episcopale dignitate. erat canonicus ecclesie Calétine. ortundus de Castro nouo. supra flumē Isare: qđ quatuor duntaxat miliaribus a ciuitate distat. Quē nos ipsi et vidim⁹ et cognouimus: virū vtiq; sanctum: iustū et rectū: ac timentem deū. Si enī laudatur castitas: quis illo mundior: Si sermōnis veritas: quis i loquēdo cautior: Si dei charitas: quis feruētior: Si proximi: quis benignior: Si humilitas: quis deiectionior: Si elemosyna: quis largior: Si oratio: quis deuotior: Si lachrymarum flumina: in quo effusior: Si contemplatio: quis sublimior: Si tolerantia: quis in tribulatione fortior: Si iusticia: quis districtior: Si prudentia: quis circumspectior: Si temperātia: quis moderatior. Exceptis his que clero. et plebi. per eum bona peruenierunt. Hic itaq; habet in diocesi sua. montes altissimos: et in eis deserta loca quam plurima: ab omni hominum transitu. et consortio separata: ad hāc penitentiā artam pagendā: ppter ea optime disposita. Cumq; ipse exēplo suo. et doctrina homines ad penitentiā inuiter. et trahat: si ad eū libet accedere: locū quē querim⁹ poterim⁹ ab eo faciliter impetrare. Pius enim: benignus et misericors est. Qui et in aduentu nostro gaudebit: et voti compotes faciet. Nos quoq; vos. in via dirigemus: quā et nouimus: et cuius itinera frequēter ambulauim⁹. Tūc Hugo quē cognominabāt capellānum: eo qđ solus inter eos sacerdotis officio fungeret: ait. Audiui certe plura de viro hoc: cui⁹ fama. iam vbiq; redollet: qđ vir dei sanct⁹ est: salutē animarū sitiens. Qui propterea quia echaritas. qua ipse plen⁹ est nunq; excidit: nos libenter vt spero excipiet. Et quis ego iam senex sim. et debilis: et via hec arta sit. et difficilis: quia tamen. arta via ducit ad vitā: lata vero ad perditionē: cum nulla sit etas ad penitentiā sera: dicēte dño. Quacūq; hora igemuerit peccator. nō recordabor ampli⁹ iniquitatū eius: qui et reddi iubet. singulis singulos. in vinea domini laborātib⁹ denarios. nouissimis sicut et primis: si decreueritis illuc accedere. et hāc viā aggredi: et ego sequar. Et quocūq; perrexeritis: pergā. Et quecūq; vos terra receperit. me recipiet: ibiq; locū accipiā sepulture. Solaq; mors. nos abinuiće separabit. Hec audientes. reliqui duo. Andreas scilicet et Guarinus: pariter dixerunt. Nos sepe audiuimus. et ex auditu credimus: qđ benignus est et misericors deus: et prestabilis sup malicia. Qui neminē vult perire: sed oēs poti⁹ saluos facere: et ad agnitionē veritatis venire. Apud que non est

psonarum

U. fa. 30110

179
Vita beati Brunonis

personarum acceptio: sed in omni gente. qui fecerit voluntate
eius: acceptus est illi. Et quis nos ambo. litteras ignorem?
christum tamen et hunc crucifixum. fide nouim? sine quo. om-
ne scire nescire est. Et quicquid ecclesia credit. firmiter credim?
et simpliciter cofitemur: sperantes in hac fide saluari: et remis-
sionem peccatorum accipere per verbum eius. Vellemus tamē
informari. cum dominus per plus q̄ pphetā suum nos admo-
neat. vt faciamus. dignos penitētie fructus: quales sint isti di-
gni fructus. Quibus. beatus Bruno respondit. Penitentia in-
quit est arbor: quā in medio ecclesie sue plantauit celestis agri-
cola. Cuius radix est contritio cordis: rami sunt opera bona:
folia. cōfessio integra: fructus vero. satisfactionis pena. Unde
ille facit penitentiam. sed non dignos fructus: qui tantum do-
let de cōmissis. Ille vero agit penitētiā et fructus. sed nō di-
gnos: qui et dolet. et in parte satisfacit. Sed ille facit dignos
fructus. qui in dolore cordis tantū affligitur per penam: quā-
tum deliquit per culpam: secūdu illud Apocalypsis. Quātū
se glorificauit. et in delitijs fuit: tantū date ei tormētū et luctū.
Et in Deuteronomio. Pro mensura peccati: erit et plagaz mo-
dus. Unde non solum fructus penitentie: sed etiā dignos fru-
ctus penitentie admonet esse faciendos. Nam hoc iusticia exi-
git ait Gregorius: vt si quis in culpam lapsus est: tanto a se
debeat licita abscidere: quāto se nouerit illicita perpetrasse. Nō
igitur ultra negligamus. fratres mei dilectissimi. penitētie tem-
pus: nec ultra de die in diem differam?. Quia qua hora domi-
nus venturus sit: ignoramus. Et nemo nostrū scit: an amore
vel odio dignus sit. Jam securis ad radicem arboris posita est.
Jam iste quem viuente cognouim?: vt ex eius ore iam frequē-
ter audiuimus: iusto dei iudicio. damnatus est. et eternis cru-
ciatibus datus. Quid igitur faciemus nos peccatores et mise-
ri: qui ex operibus que fecimus. iustificari nō possumus: Non
ne psonarū acceptor est de? Absit. Nō est em̄ apud eū trāsmu-
tatio: aut vicissitudinis obumbratio: sed quibus vult misere-
tur. et quos vult indurat. Quid inquā aliud faciemus: nisi vt
fugiamus a ventura ira: Vedit em̄ dominus metuentib? se. si-
gnificationē: vt fugiant a facie arcus. Hinc propheta ait. Fu-
gite de medio babilonis: vt saluet vnusquisq̄ animā suā. Et
iterū. Recedite de medio babilonis: et de terra chaldeoz egre-
dimini: et estote quasi hedi ante gregē. Et iterū. Fugite. salua-
b

Vita beati Brunonis

te aias vestras: et eritis quasi mirice in deserto. Ite al^o pphe-
ta. Q. o. o. fugite de terra aqilonis: qm̄ in quattuor v̄tos celi
dispsi vos. Et beat^o iob. Fugite inq̄t a facie gladij: qm̄ inq̄ta
tū gladi^o est: et scitote esse iudiciū. Et sponsa in canticis ad spon-
suz. Fuge dilecte mi. et assimulare capree. himilozq; ceruoz: sup
mōtes aromatu. Quid inq; aliū hortant oēs isti: nisi vt mādū
istū cōtemnendo fugiam^o? Qui recte p̄ babylonē. et aquilonē
designat. Nā babylon interpretatur confusio. Ab aquilone ve-
ro. p̄adet̄ur omne malū. Fugiamus igitur: quia nō eū meli^o q̄
fugiendo superam^o. Fugiam^o inq; non sicut ionas a facie do-
mini: sed ad ipsum dominū. vbiq; presentē: humiliter depre-
cātes: vt per suā misericordiā auertat a nobis idignationē su-
am: quā iuste meruim^o: ne et nos oīnes. cū isto et ceteris im-
pijs pariter peream^o. Hec dicēs: tā ipse q̄ qui aderāt ceteri. la-
chrymas vltra cōtinere nō valētes: fleuerūt pariter: et p̄strati
in terrā. leuauerūt voces suas dicētes. Dñe de^o omnipotēs. cu-
ius misericordiā. om̄e supercedit iudiciū: q̄ nō letaris in pditi-
one moriētū: sed eis poti^o veniēdi tēpus. cōcedis et spaciū:
q̄ abraā seruū tuū. de terra sua. et de cognatiōe sua. et de domo
patris sui exire p̄cepisti: q̄ pplm̄ tuū. in manu potēti eduxisti de
terra egypti: q̄ vere penitētib^o veniā pmisisti: extēde sup nos
quesum^o misericordiā tuā: et mittere digneris sanctū angelū
tuū de celis: q̄ doceat nos quid agere debeam^o: et dirigat nos
in viam iusticie. et in semitis mandatorū tuoz: et locū quē ele-
geris. nobis ostendat: in quo tibi digne seruire. mundi huius
pericula euadere: et dignos penitētie fructus facere valeam^o.
Defende nos dñe ab insidijs inimicorū nostroz: qui festinant
cūcta perdere: et nō intres in iudiciū cum seruis tuis: sed p̄ me-
ritū passionis iesu christi filij tui dñi nostri. ab om̄ib^o peccatis ex-
piatos: fac nos post huius vite exitum. ad te qui via veritas et
vita es. ab om̄i pena liberos feliciter peruenire. Per eundē do-
minū nostrū iesum christū: q̄ tecū i vnitate spirit^o sancti. viuit
et regnat deus: per omnia secula seculoz. Cumq; respondissent
omnes amē: surgentes inde. vno animo. eadēq; sentētia. ven-
diderunt. et pauperibus dederūt omnia sua: et valedicētes om-
nib^o suis charis et notis. spiritu sancto ducti. venerūt. licet lon-
ga et laboriosa via: angelo domini eos antecedente. dirigente
et protegente: ad memoratū beatissimū Hugonem gratiano-
politānū episcopū. Factum est autem dum appropinquaret

180

Vita beati Brunonis

ciuitati: vidit idem episcopus in somnis: deū in solitudine car-
tusie. dignum sibi habitaculum construendum. Vidit etiam stel-
las septem aureas in modum corone dispositas: a terra paulu-
lum eleuatas: et a ceteris. que in firmamento sunt. in situ. mo-
tu. colore. et splendore differētes: eiusdem numeri viris septē.
tot enim ipsi erant: itineris ducatum prebentes. Adane autem
facto: cum esset super huiusmodi visione sollicitus: affuerunt
pulsantes ad fores episcopalis palatii. dicti septem viri: bea-
tus scilicet bruno: cum suo licet breui. sancto tamen collegio.
Quod cum fuisset eidem episcopo nunciatū: confestim iubet
eos introduci. Ipsi vero ingressi: et ad pedes eius humiliter
prostrati: petita et obtenta benedictiōe. sui ad eum causas ad-
uentus enarrātes: petierūt. vt locū aliquē dignaret eis in sua
diocesi ostēdere: et sua benigna clemētia. pia erogatione con-
cedere: in quo a mūdi huius periculis. et ab hoīm ceteroꝝ cōsoꝝ
tio segregati: desyderiū suū perficere: soli deo digne seruire: et
dignū sibi habitaculū possent construere. Hec audiens beatissi-
mus episcopus: tamq̃ non amplius de visione. quam iam im-
pletam videbat sollicitus: eos cum ingenti gaudio. non solum
gratanter: sed etiam reuerenter suscepit: et benigne tractauit.
Quibus et visionē illam quam nocte illa per somnū viderat:
enarrauit. Et ait. Fratres et filij mei in christo dilectissimi: pro-
positū et desyderiū vestrum. nō solum nō reprimo: sed etiam
vehementer accendo. Mundus enim iste: talibus et tātis ple-
nus est laqueis: periculis. calamitatib⁹. et miserijs: vt electos
plerumq̃ cogat prospera queq̃ despiciere: et deum per aduersa
querere: cum non possint. deum simul cum mūdo diligere. Nā
duo isti amores. duas ciuitates constituūt: que sibi inuicē ad-
uersantur: dei scilicet et diaboli. Deus autē bonus. imo summū
bonum est. Mundus vero. totus in maligno positus est. Hinc
pre ceteris magis dilectus apostolus ait. Quod si quis diligit
mundum: non est charitas patris in eo. Unde cum decreuisset
deus. sodomorum ciuitates delere: ait angelus ad beatū loth.
qui ad dei ciuitatem pertinebat: salua inquit animā tuā: et no-
li respicere post tergum: nec stes in omni circa regione: sed in
monte. saluum te fac: ne et tu similiter pereas. Sancti enim illi.
quibus dignus non erat mundus. apostolo teste: egentes. an-
gustiati. afflicti. circuierūt in melotis: in pellibus caprinis: in
solitudinibus errantes: in montibus et speluncis: et in cauer

Vita beati Brunonis

nis terre. Et ideo testimonio fidei: probati inuenti sunt. Quo-
rū vestigia sequi et imitari laudabile est et vtile: sed difficile;
In regionibus istis frigidis maxime: que non sunt sicut egyptus.
thebais. schytis. aut palestina. Est enim in montibus
istis altissimis. quos cernitis inter ceteras solitudines: heremus
quedam que cartusia nuncupatur: decem fere miliaribus
a ciuitate distans: ampla quidē. sed penitus inhabitata: solis
feris peruia: hominib⁹ vero et ceteris domesticis animantibus
ppter loci asperitatē: pene incognita. Altis et tanq̄ exci-
sis hinc inde rupibus. et scopulis circumuallata: infructuosis
arboribus confita: supra modum frigida: et pro maiori parte
tēporis. niuib⁹ operta. et adeo prerupta. sterilis et infructuo-
sa: vt nihil in ea feri valeat siue meti. In cuius medio est qui-
dam paruus fluuius: qui gnerus mortu⁹. quasi quedā imago
mortis dicitur: ex circūstātib⁹ vndiq; montib⁹ collectus: et cū
strepitu maximo: torrētū. aut inundātū aquarū more fluēs.
Ad quam est ascensus. grauis et laboriosus. Ingressus vero
difficilis et periculosus: vtpote inter duas mire altitudinis ru-
pes: que velut recte linee sursum se erigunt: et in culmē tandē
pene coeunt: ita vt introeuntibus. horrori sint et terrori. Et vt
paucis agam: tanta est loci illius asperitas: tantus horror: vt
carcer potius aut purgatorij locus: q̄ humane vite habita-
culū dici possit. Unde difficile videtur. sine singulari dono dei: apud
quem nihil est impossibile. homines illic habitare posse: aut
saltem diu perseuerare. Scitis autem fratres mei: q̄ graue sit.
post missam manum ad aratrum retroaspicere. Unde metuē-
dum est exemplum vxoris loth. que retroasperit: et vbi res-
pexit. ibi remansit: et in salem cōuersa est: vt suo prudentes con-
dideret exemplo. Cum itaq; verbis istis finē dedisset beatissimus
episcop⁹: beatus Bruno respondit. Reuerēdissime pater. ter-
ribilis pfecto est. vt audiuius: et iam in parte cernimus: lo-
cus iste. Nos autem locum talem. ad penitendum querimus.
Et q̄uis infirmi simus et fragiles: in dei tamen. qui potēs est
misericordia confidimus: et speramus vt qui nobis dedit huc
veniendi voluntatē: dabit et perseuerādi potestatem: cum nō
sit abbreviata manus eius: quominus sicut olim. ita et nobis
nunc magnalia sua possit ostendere. Ipse enim scopulos tor-
rentium inclinavit: vt requiesceret populus in arnon: et re-
cumberet in finibus moabitarum. Ipse ionatham et armige-

181

Vita beati Brunonis

rum eius. reptātes manibus et pedibus: per eminētes petras. et scopulos in modum dentium preruptos: de hostium manibus. data sibi de eis victoria liberavit. Ipse tantam multitudinem filiorum israel et vulgus innumerabile in deserto: manna de celo misso nutriuit. Nunquid et nunc panē dare non poterit: aut parare mensam populo suo? Ipse coruis precepit. vt pascere heliam in carmelo: qui et pauerūt paulum in egypto. Ipse prandium quod messoribus abacuk paraauerat in iudea: danieli misit in caldea. Ipse panes in deserto multiplicauit: ex quibus tantam hominum multitudinem satiauit. Ipse dat iumentis escam ipsorum: et pullis coruorum. inuocantibus eum. Ipse pascit volatilia celi: que non serunt neq; metunt: neq; congregant in horrea. Nōne et nos. magis pluris sumus illis: Non itaq; etiam si nobis defuerint humana solatia: de dei presentia diffidimus et prouidentia. Cum potens sit. de lapidibus istis quos videmus panes facere: et aquam in vinum conuertere: qui etiam cum voluerit potens est dare niuem sicut lanam: et nebulam: sicut cinerem spargere. De tanta igitur eius potētia et bonitate cōfisi: iterū ac iterum humiliter supplicamus: ne desyderiū nostrum vltra differas: aut nos in hac nostra petitione confundas. Tunc beatus hugo eorum constantiam. et in cepto proposito perseverantiam consyderans: ne eorum vocationi. et diuine voluntati resistere videretur: ait. Desyderium vestrū dilectissimi. ego pariter implere desydero: nec ideo distuli vt auferatur: sed vt dilatione potius augeatur. Videns itaq; voluntatem vestram in christi charitate radicatam et fundatā: vobis et his quos eadem charitas vobiscum traxerit. nūc vel in posterū fratres: locum predictum et quicquid iuris. vel actionis in eo habeo. plena libertate concedo. Et hoc idem a ceteris omib⁹ qui ius aliquod in eo habent: fieri procurabo. Vobisq; et vestris omnibus. omnē mihi possibilem humanitatē: q̄dū vixero. libenter exhibebo. Et nihilominus. pro pace et quiete vestra: ad remouendum ea. que vestro proposito contraria sunt: domū vnā supra pontē. qui inter duas rupes predictas situs est: in itroitu dicte solitudinis edificari volo: et auctoritate diuina inhibebo: vt femine infra terminos vestros nullatenus transeant: neq; viri: arma portantes. Inhibebo pariter infra dictos terminos: piscationem: venationem: et auium captionem: ouib⁹

Vita beati Brunonis

ouium. caprarum. atq; omnium domesticorum animalium. pascua et transitum. Deum rogans ut obedientes huic nostre donationi et inhibitioni: in sua gratia multiplicet: et in omnibus bonis. que ibidem usq; in seculi finem gerenda sunt: partem tribuat. Inobedientes vero. diuino iudicio puniendos relinquo: quos et per secularem potestatem puniri procurabo. His dictis surgens amplexatus est eos: fleuitq; pre gaudio super singulos eorum: laudans et benedicens deum in aduentu ipsorum. Et deinde benedixit eis dicens. Omnipotens sempiternus deus. cuius misericordie nec mensuras ponere possumus. nec tempora diffinire: qui quos vis vocas. et quos vocas. hos iustificas et magnificas: respice quesumus. oculis clementie tue. super hos famulos tuos. quos ad tue seruitutis obsequium inuitare dignatus es: et presta auxilium gratie tue: ut que tibi placita sunt. tota virtute perficiant. reple eos inenarrabilibus virtutibus tuis: quibus muniti. carnis. mundi. et demonum insidias superare. et inde victoriae coronam immarcescibilem recipere valeant: crescereq; eos facias: in mille milia. et eos. necnon et illos qui eorum vestigia secuti fuerint: et in dicta solitudine usq; in finem vite sue. in vera humilitate. et charitate perseuerauerint: ab omni culpa et pena liberos. sanctorum tuorum collegio sociare digneris. Per christum dominum nostrum. amen.

¶ Post hec autem quia dictus beatus Bruno. et sui omnes: erant propter itineris labores non modicum. nec immerito fatigati: retinuit eos idem beatissimus episcopus. in suo episcopali palatio: et eos cum sua solita benignitate et procurauit: et recreauit per dies aliquot. Quibus expletis: et preparatis. ac dispositis omnibus que necessaria erant in via: ascenderunt in montem et intrauerunt ac inhabitare ceperunt dictam heremum cartusie. circa solennitatem sancti iohannis baptiste: anno salutis nostre supra millesimum octogesimoquarto: antecedente. comitate et dirigente eos. ac in omnibus et per omnia adiuuante. et de necessarijs prouidete: prefato beato hugone episcopo. Et ibidem in parte superiore montis. que nunc dicitur ad beatam mariam de casalibus. edificare ceperunt ecclesiam: necnon et paruas cellulas non longe a dicta ecclesia distantes: circa quedam fontem. qui usq; in presentem diem vocatur fons Brunonis: a se tamen inuice distinctas. et aliquantulum separatas: ne alter alterius solitudinem impediret. In quibus singuli per singulas: more illorum antiquorum

182

Vita beati Brunonis

egyptiorum monachorum habitabant. Ubi silentio. lectio. orationi: atque operi manuum maxime in conscribendis libris ingiter insistebant. Qui exinde dicti sunt fratres cartusenses: a nomine loci nome sibi imponentes: a quibus etiam ordo iste cartusien- sis. originem pariter sumpsit et nome. Ipsi enim septem: beato Brunone. ceteros qui sibi eum in priorem et aiarum suarum pasto- rem elegerant. et cuius obedientie. beato hugone episcopo an- nuente se submiserant dirigente: volentes mundam quem re- liquerant. et que in mundo sunt omnia. que sunt concupiscentia carnis: concupiscentia oculorum: et superbiavite. sibi subijcere: quadam viuendi norma satis ardua. instituerunt: quam et ipsi tenuerunt: et posteris suis tenendam docuerunt. Nam contra superbiam. que initium est omnis peccati: et contra eius nequam sobolem. inui- diam scilicet. ambitionem. et vanam gloriam. et si que sunt alia: fece- runt sibi vestes breues et angustas: de grosso pano albo. vili et rudi: que eos preceptibiles intuentibus redderet et abiectos: et illis horrore essent: potius quam ipsis honori. Et quis in sordi- do habitu. interdum superbia lateat: fecerunt tamen ipsi. ad eam effu- gandam: quicquid facere potuerunt. Contra cupiditatem vero. que ra- dix omnium malorum dicitur: et auariciam. que idolorum seruitus nu- cupatur: certos terminos iuxta locorum suorum fertilitatem aut ste- rilitatem. maiores minoresve prefixerunt: ita ut extra eos. etiam si totus mundus eis. offerretur: nec saltem quantum pes huma- nus occupare potest. liceret possidere. Certum etiam numerum. quem transgredi nullo modo liceret: animalibus et pecoribus impo- suerunt. Et ut non esset eis quandoque necessarium vel plus terre quam dictum est. possessioni sue addere. aut pecorum numerum augere: duo- decim tantum monachos cum tertio decimo priore. ac sexdecim conuersis. paucisque mercenariis. nullo proorsus superaddito: in suis domibus esse perpetuo decreuerunt. Ad edomandam autem carnis concupiscentiam: et legem membrorum. que repugnant legi mentis: duris semper ad carnem cilicijs utebantur. Se- cunda. quarta. et sexta. ferijs: pane et aqua et sale. si cui place- bat contenti erant. Tertia vero. quinta. et sabbato: legumi- na. vel aliquid huiusmodi. et vinum: et in feria quinta etiam ca- seum. vel aliquid aliud a coquinario recipiebant: Ab omni ta- men esu carnum. tam sani quam infirmi: perpetuo abstinebant. Pa- nes albos non comedebant: sed solum tortas. licet de tritico. Vinum purum nunquam bibebant: sed bene limbatum: et hoc

Vita beati Brunonis

dūtaxat in prandio et cena: et diebus illis: quibus eo vti et cenare licebat. Jeunijs fere continuis: et prolixis vigilijs: carnem macerabant. Pisces nunq̄ emebant: sed si forte gratis eis dabantur. eos cum charitate recipiebant: et iuxta offerentium voluntatem. diebus tamen. quibus eis vesci licebat. distribuebant. Officium diuinum. diurnum pariter et nocturnum: tam in ecclesia. diebus et horis illis quibus in ea conueniebant: q̄ per cellas. non perfunctorie. vt quidam. sed intentissime. oculis in terram demissis: cordibus vero in celo fixis: deuotissime persoluebant. Totūq̄ suum tam interiorē q̄ exteriorē hominem: habitu. voce. vultu. rebus. visibilia excedentibus: spretis cunctis alijs. intētum. imo affixum deo exhibebant. Diebus vero dominicis. et in certis sanctorum festiuitatib⁹ tātū: antiquorū heremitarū more. ne ab alijs sacris operibus licet dignitate inferioribus impedirentur: misse sacrificium offerebant: vbi omnes pariter conueniebāt: et ipsis diebus in refectorio simul adinstar monachorum. comedebāt. Alijs vero dieb⁹ in cellis suis. sub arto silentio. orationi. meditationi. contemplatiōi: et ceteris pijs et deuotis exercitijs sine intermissione vacabant: ita vt vbi prius erant specus et cubilia ferarum: tunc videres choros castrorum: cuneos prophetarum: conuētus monachorū: et cetus angelorum. Admoratus autē episcop⁹ beatus hugo. eos frequēter visitabat: et vt filios tenerrime diligebat: quos vsq̄ ad mortē. et nō tm̄ eos: sed et qui eis exinde successerunt: consilijs semper fouit et beneficijs. Eratq̄ inter eos. nō vt dñs aut episcopus: sed vt socius et frater humillim⁹. et ad cunctorū quātū in ip̄o erat obsequia paratissimus. Intantū autē deuotus heremū incolebat: vt eū interdū beatus Bruno. inde exire. et ad oues suas redire: cōpelleret. Ite inquit ite. ad oues vestras: et quod eis debetis exoluite. Ip̄so etiam beatissimo episcopo instante et procurante: et circūuicini omnes. tā ecclesiastici q̄ nobiles. et populares: dederūt eidem beato Brunoni. vidētes suam. et suorum sanctam et tam honestam ac deuotam cōuersationē. quicquid iuris habebant in dictis montibus: et infra fines et limites dicte solitudinis. Isti itaq̄ sunt. o felix cartusia. primi patres illi: qui hanc vastam solitudinem primi inhabitare ceperunt: et in ea ordinem hunc. qui a te nomen. velut oleū vbiq̄ terrarum effusum accepit: primi fundauerunt. Isti sunt

Vita beati Brunonis

septem columnas: quas sapientia excidit: et in quibus sibi domum edificavit. Isti sunt septem boues ascendentes de flumine: et septem spice in culmo vno: et septem buccine. quarum usus erat. in iubileo. Isti sunt septem candelabra: in quorum medio iohannes scribens septem ecclesijs que erant in asia: perhibet se vidisse similem filio hominis vestitum podere: tenentem in dextera sua septem stellas: que septem ecclesiarum sunt angeli. Et in medio throni: agnum stantem. habentem cornua septem: et oculos septem: qui sunt septem spiritus dei: in omnem terram missi. Isti sunt septem sporte fragmentis plene: et septem signacula libri clausi: et septem viri. spiritu sancto pleni: quos in diaconos ad ministrandum elegerunt apostoli: et septem gradus: quos vidit ezechiel: ad ascensum exterioris atrij. Iste est septenarius numerus: propter septem spiritus sancti dona. sacratus. Iste septenarius numerus primus in monadibus perfectus est redditus: ex suis partibus aggregatis. Nam vnum et sex: duo et quinque: tria et quattuor: que sunt partes eius aliquote. septem faciunt. Hinc est quod septimus dies: et septima hebdomada: et septimus mensis: et septimus annus: tanquam perfecti. erant in lege feriati. Septem etiam diebus agitur: et repetitur omne tempus. Et septimo die: cessavit deus ab omni opere. Et septimo die christus in sepulchro quieuit. In quibus omnibus: notatur huius sacrati septenarii numeri: et in eo huius sacre religionis. que ab eiusdem numeri viris istis septem. primo instituta est. perfectio: que recte figurata dicitur per stellas illas septem: quas in eorum aduentu. beato hugoni. dominus demonstravit: tam propter magnum huius septenarii numeri sacramentum: quam propter stellarum sublimitatem. stabilitatem: claritatem. puritatem. et quantitatem. Iste namque virtutes. religiosorum omnibus. nedum conueniunt: sed etiam necessarie sunt: qui debent sicut stelle esse in celo. per contemplationem. et mentis affectum: non in terra. Nam species celi: est gloria stellarum. ait sapiens. Secundo debent esse incepto religionis proposito: firmi et stabiles. Nam ideo posuit deus stellas in firmamento: ut essent in signa et tempora: et dies et menses et annos. Unde scriptum est: quod stelle manentes in cursu suo et ordine: pugnaverunt contra zizaram: id est contra diabolum. Sic enim zizara interpretatur. Tertio debent esse in tribulatione patientes: ut sint sicut stella matutina: in medio nebule. Fecit enim deus lunam et stellas: ut preessent nocti.

Vita beati Brunonis

Quarto. sicut in stellis non cadit corruptio: nec casus nec error. secundum philosophum: ita et ipsi debent seruare. carnis integritatem. sine corruptione: ut dicere possint illud apocalypsis. ego sum genus. et radix dauid: stella splendida et matutina: et ne de eis dicatur: quod stelle non sunt munde in conspectu eius. Quinto. sicut stellarum quilibet maior est. tota terra: quam quis breuis. et quasi punctalis. et modica videatur in exteriori apparentia: sic religiosi debent semper crescere per charitatem. minui vero per humilitatem. Hec enim duo. humilitas. scilicet et charitas: sunt duo religionis extrema. Initium. et finis: sine quibus cetera que mediatur omnia: sunt potius. pena. quam merito digna. Digressio. iterum atque iterum. felix cartusia: tam diu sterilis: nunc vero fecunda. Felices montes: qui tales meruerunt habere incolas et cultores. Felix denique religio ista diuinitus instituta: que religiones ceteras. post augustinum. et benedictum: antiquitate precedit. et has illas etiam vite austeritate: de cuius origine. hec pauca. ut ad ceptum propositum redeamus sufficiant. Beatus itaque Bruno. de quo nobis sermo: in hac vite austeritate cum suis in dicta solitudine fere sex annorum spacio perseuerauit: die ac nocte sine intermissione. ieiunijs. orationibus. et alijs exercitijs religiosis vacans. Contigit autem: ut mortuo gregorio septimo pontifice romano: succederet ei in papatu. victor tertius: quo iterum post paucos menses mortuo: successit ei vrbanius secundus: prius dicitur otto. monachus. et abbas cluniacensis: qui eiusdem beati Brunonis. dum in minoribus agebat. fuerat discipulus. Qui paulo post eius assumptionem. ad apostolatus apicem. non immemor doctrine. et probitatis eiusdem beati Brunonis. sui olim preceptoris: volens in sibi a christo credita administratione. eius uti consilijs: vocauit eum ad sancte romane ecclesie obsequium: addito etiam obedientie precepto. Victus vero beatus Bruno precepto humiliter mandato: non modicum turbatus est. Quippe: qui iam solitudinis dulcedinem gustauerat. Tenebat enim eum Maria. ut quiesceret: traherebat martha. ut laboraret. Rogabant fratres. ne se desereret: cogebat papa ut obediret: terrebant curia si illuc accederet. conscientia vero timorata. ignorabat. quid in re tam perplexa ageret. Tandem obedientia vicit. Sciebat enim: quod vera obedientia. moras non recipit: nec excusationem. aut dilationem. admittit. Hinc ad fratres et discipulos suos. ait. Manere vobiscum fratres mei dilectissimi

Vita beati Brunonis

183
gratissimū: a vobis separari grauissimū: mandatis vero apostolicis obedire necessariū mihi est. Nam in maiorib⁹ est regendi ac iubendi auctoritas: in minorib⁹ vero obsequendi necessitas. Unde quasi peccatum ariolandi est repugnare: et quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. Propter quod apostol⁹ ait: Et omnis anima sublimioribus potestatib⁹ subdita sit. Quia non est potestas: nisi a deo. Que autem a deo sunt. ordinata sunt. Et qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistit. ipse sibi damnationem acquirit. Quid igitur mihi prodesset exterius hic vobiscum. ieiunijs. et abstinentijs carnem atterere: et per inobedientiam. anime mee damnationē acquirere? Nolite itaq; fratres. super recessu meo. contristari: ne superaddatis dolorem dolori: sed potius in ea vocatione. in qua vocati estis. perseuerate. Et ego expleta mihi iniuncta obedientia: ad vos reuertar. domino concedēte. Tunc omnes cum lachrymis. et eiulatu magno: clamare ceperunt dicentes. Cur nos pater deseris: aut cui nos desolatos relinquis? Tu es em̄ post deum: omnis spes nostra et refugium. Tu nobis in aduersis presidium: in prosperis solatium: in tentatione consilium: in infirmitate subsidium. Quid igitur te recedente faciemus: aut ad quem te absente recurremus? Erimus profecto sicut oues errantes: non habentes pastorem. Si igitur te ad pontificem. obedientia trahat: trahet nos tecum. supereminens charitas. que est in christo iesu: quam separare non poterit neq; mors. neq; vita. neq; creatura aliqua. Beatus itaq; Bruno hec audiēs: timens ne propter suum. et suorum inde discessum. locus predictus. iam deo dicatus. ad manus laicas et prophanas iterum deueniret: nolens illū omnino deserere: sed post expletam sibi impositā obedientiam. cum intendēs cū suis repetere: cōmendauit. et dedit illum venerabili viro. domino siguino. abbati monasterij case dei: qui fuerat vnus ex primis donatorib⁹ predictis: et habebat quandam cellā sibi vicinam ppe gratianopolim: subtus castz curuilbionis. Et deinde a beato hugone episcopo. benedictiōe suscepta: romam accessit. Urgebat em̄ apostolicū imperiū. Quē pontifex. de eius quē intime diligebat aduentu. plurimū gaudens: benigne suscepit: et inter primos. et p̄cipuos sibi peculiare et familiares. consiliarios. et fideles amicos habuit. Qui⁹ in maiorib⁹ causis et arduis ecclesie negocijs: vtebat⁹ et adherebat p̄silijs. Eōue-

Vita beati Brunonis

nerunt autem ad eum. spiritu sancto hoc operante. ceteri fratres omnes. qui prius cum eo in cartusia fuerant. dolentes plurimum. ipse vero magis. quod locum predictum cartusie. quem dominus sibi elegerat. et in quo. dignum sibi habitaculum construxerat. reliquissent. Dum enim eis in mentem veniret. non sicut murmuratoribus illis in deserto. carnes. cucumeres. aut pepones. sed deuote ille meditationes. orationes. lectiones. et spirituales consolationes. quas prius in solitudine predicta cartusie habuerant. et videret tumultus. strepitus. et pericula curie. non poterat se a lachrymis continere. Tandem vero suasu. et inductione. eiusdem beati Brunonis. cum nondum posset ipse pro se licentiam redeundi. a pontifice obtinere. tanquam sibi in tunc occurrentibus negotiis necessarius. omnes vnanimiter consenserunt reuertere cartusiam. obtentis prius ab eodem pontifice litteris. ad predictum abbatem signinum. pro restitutione dicti loci. quem sibi beatus Bruno inde discedens. ut iam dictum est remiserat. Magistro itaque Lauduino. quem ceteris fratribus. beatus Bruno. in priorem loco sui preposuerat. ductore. omnes cartusiam sunt reuersi. Quibus signinus abbas. rogatu pontificis. et eiusdem beati Brunonis. cum consensu sui conventus. et in presentia prefati beati Hugonis gratianopolitani episcopi. et alterius Hugonis lugdunensis archiepiscopi. locum predictum cartusie. libere remisit. ac iuri eorum. et successorum suorum. tradidit perpetuo possidendum. Et extunc dictus lauduinus prior. et ceteri fratres. ac eorum successores. usque in presentem diem. dictam heremum cartusie. cum suis finibus et iuribus tenuerunt et possederunt. perseverantes in ea. sub communi obedientia. capituli generalis totius cartusiensis ordinis. quod ibidem annis singulis celebratur. iuxta viuendi normam. ab eodem beato Brunone primo. et deinde a ceteris cartusie prioribus. et a dicto generali capitulo. eis datam. Dicitur vero beatus Bruno eidem urbano pontifici charus. in regimine ecclesie. vtiliter. et fideliter seruebat. Erat enim tunc ecclesia in turbatione maxima. propter persecutionem. henrici quarti imperatoris predicti. qui quedam gilbertum. quem clementem vocauit. de facto in papatum intruserat. Qui ambo. henricus scilicet et antipapa clemens. verum pontificem. urbanum persequebantur. Quorum furorem idem urbanus declinans. cum in romanis. et merito minime confideret. postquam in melphi concilium habuisset. placentiam venit. et ibi aliud concilium celebravit. In quo inter cetera. petulantiam quorundam

184
Vita beati Brunonis

dam ecclesiasticorū. gratiano teste: animosissime cōpescuit. Et
plura in eis decreta fecit: maxime cōtra ecclesiasticos inconti-
nentes. et symoniacos: et cōtra pprietarios. et instabiles mo-
nachos. Deinde nec ibi securus: eiusdē imperatoris. iterū fu-
rorem fugiēs: relicta italia. in gallias trāsmigrauit. Ubi denuo
de salute fidei cogitans: aliud cōciliū apud clarūmontē ciuita-
tem aluernorū. conuocari fecit. In quo. eodem teste gratiano:
plures alias cōstitutiones ordinauit: que ad erigendū labētis
ecclesie statū. respicere videbant. Et inter cetera statuit: vt ho-
re beate marie. a clericis cottidie dicerent: et vt in sabbatis. ei⁹
officiū solenniter celebraret. Legi autē in quadā historia. que
fasciculus tēporū dicit: qd hoc beata virgo fratribus in cartu-
sia reuelauerat: haud dubiū. quin beato Brunoni et suis: cū
ipsi soli. adhuc cartusienses dicerent. In eodē etiā concilio. ex-
communicauit. regē francorū ppter adulteriū. et imperatorē. et
antipapā clementē. In quo pariter rem memoratu dignā fecit.
Nam principes gallie. et ceterā multitudinē. que ad concilium
cōuenerat: ad expeditionē cōtra turcos. p recuperatione terre
sancte. taliter animauit: vt trecenta milia hominū. nomē suū in
militiā christi dederint. signūq; crucis susceperint. Inter quos
erat gothfredus de builhon. dux lothoringie: quo duce. mouen-
tes per germanorū fines. atq; pannoniā. bisantium vadunt. Ac
deinde trāsmisso hellesponto: niceam primo mox antiochiam:
et plurimas alias sarracenorū vrbes: deinde hierosolymā ciui-
tatem sanctā. et omnē circa regionē capiunt. Ubi dum vellent
christiani. dictum gothfredum in regem coronare: renuit ipse di-
cens: se nolle auream ferre coronā in ea vrbe vbi christus spi-
neam tulerat. Tenuerūt autē die⁹ gothfredus. et septē alij reges
christiani post eum: annis octuaginta octo. dictū regnum hie-
rosolymitanū. deuictis babylonijs et egyptijs: cū magna in-
fidelū strage: et maximo incremēto nominis christiani. Qui-
bus omnibus causam dedit idem pontifex vrbanus: in dicto
claromontensi cōcilio. Cum itaq; beatus Bruno eidē pontifici
ppter obediētie meritū. certis annis. licet paucis adhesisset: et
non modicū. ecclesie sancte dei. circa eius reformationē et circa
recuperationē. terre sancte. suis cōsilijs profuisset: vt eiusdē vrbani
inde secuta decreta. et alia eius acta predicta testant: nec
posset diutius tantas inquietudines. et curie tumultus ac stre-
pitus sustinere: ad solitudinis ac celle quā dimiserat quietem

Vita beati Brunonis

iugiter aspirans : anteq̄ idem pontifex de placentia transfiret ad galliam: humiliter et cum geminata instantia. ab eodē pontifice petijt. et tandem obtinuit licentiam. vt relicta curia. heremum quam reliquerat repeteret: aut aliam sibi quereret. quam dominus sibi dignaretur ostendere. Et cū idē pontifex. voluisset eum confirmare in archiepiscopum ecclesie regimensis. que est prima metropolis totius calabrie. ad quam eodem annuente pontifice. electus fuerat: ipse electioni de se facte. sciens ex his que in scriptura sacra legerat: et ex his que in curia. et viderat et audierat: qualia et quanta sint in prelacione pericula: cōsentire recusauit. Non quidem pertinaciter: sed solo quietis amore et desyderio: seruata semper. vt decens est. ad superiorem obedientia et humilitate: et ad proximos charitate. Tunc enim. vt dicebat beatus gregorius. ante dei oculos. vera seruatur humilitas: cum hoc quod quis vtiliter subire precipitur. pertinaciter non recusat. Unde potest quis etiam idoneus. laudabiliter ex humilitate. prelacionis officium recusare: eodē gregorio dicente. Quod prelacio propter meliorem intentionē fugienda est: maxime cum ad hoc superna voluntas agnoscitur. Cum voluntate igitur. licentia et benedictiōe pontificis: idem beatus Bruno. relicta curia: calabrie deserta penetravit. Non quidem solus: sed iunctis sibi aliquibus alijs eiusdem ppositi viris: quos bonis odor vite sue: ad solitudinē querēdā traxerat. Audiuerat em̄. illic eē deserta loca et solitaria cōplurima: ad pagēdā pniaz aptissima. Et q̄ quis itēderet et optaret. put iam sepius decreuerat cartusiam repeterere. quā reliquerat: et illuc fratres suos sequi. quos ante premiserat: quia tamē vt predictum est. pontifex cum curia sua transibat ad galliam: in cui⁹ finibus sita est cartusia: ne curiā quā fugiebat. sequi videretur: sed vt elongaretur ab ea: calabriam potius elegit q̄ cartusiam: cum ea tamen semper intentione et voluntate: vt sedatis rebus. q̄ primum commode posset. cartusiam repeteret: put in quibusdā ei⁹ litteris. quas ex calabria scripsit fratribus suis: qui erant in cartusia apparet. Quarum verba sunt hec. Be me inquit fratres scitote: quoniā mihi vnicū post deū. est desyderiū veniendi ad vos et videndi: et quando potero: opere adimplebo: deo adiuuante. Venit itaq̄ cum suis predictis. ad quandam heremum. in finibus calabrie: que dicitur turnis in diocesi squillacensi. Ibiq̄ non cellas. quia sumptus ad eas

Vita. beati Brunonis

non suppetebant: sed speluncas plures siue cauernas. heremitis cōgruentes: de vili quidez materia: sed in christo preciosa edificauit. In quibus nocturnis excubijs pariterq; diurnis: ipse et qui cū eo conuenerant fratres: diuinis laudibus et orationibus insistebant: in ea austeritate vite. quā ipse prius in carthusia tenuerat: et suis tenendam docuerat. Cōtigit autē. domino hoc operante: dum quadā die comes calabrie rogerius cū suo non paruo comitatu. et cum canum multitudine copiosa: in dicta heremo turris venaretur feras: canes olfactu suo diuersa ferarum ipsarū vestigia insequentes: ad dictas spelūcas. in quibus beatus Bruno. et qui cum eo venerant fratres pariter habitabant: deuenerunt. Ubi fixis pedibus. latratib⁹ multis: domino suo indicabāt: se predā magnā aliquā inuenisse. Ad quos dictus comes cum suis. concito cursu veniens: reperit patres predictos. in dictis speluncis: flexis genibus. et erectis in celū vultibus. et manibus simul orantes: et deū laudantes. Quod dictus comes intuens: magna admiratione repletus: de equo cui insidebat exiliens: deuote et humiliter salutauit: et de eorum illuc aduentu. et singulorum statu. diligenter interrogauit. Quibus cognitis: gausus est valde: deum laudans et glorificans: qui tali dignat⁹ esset eum facere preda dignum: sperans se et terram suam eorū meritis et precibus adiuari: et in pace tueri. Et ppter ea. vt possent ibidē quieti⁹ viuere. et diutius perseuerare: dedit eis ecclesiam beate marie. et sancti stephani de heremo. Ubi eos frequenter visitabat: et de vite necessarijs prouidebat: documentaq; salutis ab eis libenter audiebat. Et beatū Brunonē ipsorum omnium pastorē et patrē. quē pre ceteris intime diligebat: ad se frequēter euocabat. Quē in magna reuerētia semp habebat: et quasi primū in domo sua. Cuius cōsilijs acquiescebat: et eius orationib⁹ se iugiter cōmendabat: in quib⁹ plurimū confidebat. Nec eum fefellit opinio. Nam deus eum suis meritis. a sibi parata proditione in obsidione capuane ciuitatis liberauit: vt idem comes in suis patentibus litteris per hec verba testatur. Ego inquit rogeri⁹ diuina misericordia comes calabrie et sicilie: notum esse volo omnibus fidelibus christianis: beneficia que mihi peccatori cōcessit de⁹. oratiōib⁹ reuerēdi mei fratris Brunonis. pūssimi patris fratrum qui habitāt in ecclesijs sancte marie de heremo: et sancti stephani p^o martyris. que site sunt in terra mea: in-

Vita beati Brunonis

ter oppidū quod dicitur stillum et arenā. Cum essem in obsidiōe capue. calendis martij. et presecissem sergium. natiōe grecum. principē super ducentos armigeros nationis sue. et exercit⁹ excubiarū magistrū. qui satanica persuasione preuentus. prius ipsi principi capue promittēte auri non modicā quantitātē. ad inuadēdum me. meūq; exercitum. noctu aditum pollicitus est se prebere. Nox proditiōis aduenit. princeps capue. eiusq; exercitus. iuxta promissum est paratus ad arma. Dumq; me sopori dedissem. interiecto aliquāto noctis spacio. astitit cubili meo. quidā senex reuerēdi vultus. vestibus scissis. non valēs lachrymas cōtinere. Cui cum in visu dicerem. que causa ploratus et lachrymarū esset. visus est mihi durius lachrymari. Iterato querēti mihi quis esset plorat⁹. sic ait. Fleo animas christianorū. teq; cum illis simul. Exurge q̄primū. sume arma. si liberare te deus permiserit. tuorūq; animas pugnatorum. Hic mihi per totū videbat. velut si esset per omnia. venerabilis pater bruno. Expergefactus sum cum terrore grandi. pro visiōe pauescens. Illico sumpsi arma. clamans militibus. vt armati equos ascenderēt. visiōne. si vera esset satagens comprobare. Ad quem strepitū et clangorē. fugientes. impi⁹ sergius. eiusq; sequaces. subsecuti sunt principē capue. sperantes se in dictā ciuitatē. confugium habuisse. Ceperunt autē milites inter vulneratos et sanos. centū sexagintaduos. a quibus et visiōem fore verā comprobauim⁹. Reuersus sum deo volēte vicesimanona iulij mensis squillacū. p̄habita capue ciuitate. vbi fui p̄ quindenā continuā infirmat⁹. Venit vero iam dictus venerabilis Bruno. cum quattuor de fratrib⁹ suis. qui me suis sanctis deuotiq; colloquijs consolati sunt. Cui reuerēdo viro visiōne retuli. et humiles gratias egi. qui de me etiam absente. suis in oratiōib⁹ curā habuisset. Qui se humiliter asseruit. non ip̄m fore quē credidi. sed dei angelū qui astat principib⁹ tempore belli. Rogavi quoq; ipsum humiliter. vt p̄pterea de reb⁹ meis. in terra squillacēsi sumere dignaret. largos redditus quos donabā. Renuēs. ille recipere nolle dicebat. quod ad hoc domū sui patris meāq; dimiserat. vt oīno de rebus extraneis. liber de seruiret deo suo. Hic fuerat in tota domo mea. quasi prim⁹ et magnus. Tandem vix ab eo impetrare potui. vt gratis acquiesceret sumere modicū munus meū. Bonauī em̄ eidē patri Brunoni. eiusq; successorib⁹. ad habendū in perpetuum. absq;

186

Vita beati Brunonis

temporalis seruitio. monasterium sancti iacobi cum castro. et
q̄plura. res. et bona alia. cum amplissimis libertatibus. in di-
ctis litteris. specificè declaratis. Edificauit itaq; beatus Bru-
no. inibi vigore donationis predicte. primo ecclesiã quãdam
ad honorem beate marie virginis iuxta speluncã. seu antrum
quoddã subterraneũ. in quo solus ipse manebat. Demũ vò pa-
rius edificauit ecclesiã aliam. a priore non longe distantem.
cum contiguo sibi monasterio sub vocabulo sancti stephani p-
thomartyris. in quo ceteri fratres habitabant. et sub cura et
regimine tanti patris christo domino militabãt. Cum quibus
ipse. vsq; ad diem mortis sue pseuerauit in ea obseruantia. quã
prius ceperat et docuerat in cartusia. nec declinauit ex ea. Cle-
mens autẽ ad mortem. sciens quia venit hora eius. vt transeat
ex hoc mũdo ad patrem. conuocatis fratrib; suis. ab infantia
singulas etates suas replicauit. et totius tẽporis sui sciẽtia et
sententia dignum pclamauit. exhortans eos et admonens ad
charitatem et humilitatẽ. et ad perseueratiã. Postea vero fidẽ
suam de trinitate. protracto et profundo sermone exposuit. et
conclusit sic. Credo etiam sacramẽta. que sancta credit et vene-
ratur ecclesia. Et noiãtim panẽ et vinũ que consecrãtur in alta-
ri. post consecrationẽ verũ corp; esse dñi nostri iesu christi. ve-
rã carnẽ. et verũ sanguinẽ. q̄ et nos accipim; in remissionẽ pec-
catorũ. et in spe salutis eterne. Proxima autẽ die dñica. scã illa
ania carne soluta est. pridie nonas octobris. anno dñi mille-
simo centesimo primo. Corpus vero ei;. fratres ibidẽ honori-
fice condierũt. Ad cui; sepulchz tale fuit appositũ epitaphiũ.
Primus in hac heremo. christi fundator ouilis

Promerui fieri. qui tegor hoc lapide.

Bruno mihi nomen. genitrix alemania. meq;

Transtulit ad calabros. grata quies heremi.

Doctor eram. prece christe tuus. vir notus in orbe.

Desuper illud erat. gratia. non meritum.

Carnis vincla dies. octobris sexta resoluit.

Spiritui requiem. qui legis ista pete.

Hanc autẽ eius sanctã vitam. mortemq; preciosam. secuta
sũt miracula multa. que dñs gliosi sui cõfessoris intercessiõib;
et meritis operari dignat; est. Quãuis miracula. sanctũ nõ faci-
ant. cũ non neget aplus. mōtes sine charitate posse transferri.
Et p̄pterea. nõ sunt in talib; appetenda seu querẽda miracula.

Vita beati Brunonis

que cum malis possunt haberi cōmunia. Nam et magi pharao-
nis: incantatiōib⁹ suis multa signa fecerūt. Judas etiā filius
perditiois: viuens miracula fecit: qui et cū ceteris apostolis:
eijcēdi demonia potestatē . accepit. Multi etiā alij multa signa
fecerunt: nec tamē ob hoc sanctiores: imo potius deteriores
et damnabiliores effecti sunt. Qui cum in iudicio dicent. domi-
ne. domine: nōne in nomine tuo pphetauimus: et in nomine
tuo demonia eiecimus: et in nomine tuo virtutes multas feci-
mus: respōdebit illis domin⁹: quia nō noui vos. Discedite a
me omnes operarij iniquitatis. Hinc est: quod cū eidē domi-
no. discipuli redeūtes dicerēt: domine. etiā demonia subijciun-
tur nobis in noīe tuo: ait illis. Nolite gaudere: quia spiritus
subijciuntur vobis. Et tanq̄ quererēt: in quo ergo magister bo-
ne gaudebimus: In hoc inquit gaudete: quia nomina vestra
scripta sunt in celis. Multi vero ecōtra sancti sunt. a quib⁹ nul-
la vel pauca facta leguntur fuisse miracula: sicut plures marty-
res. de quorum sanctitate nullus dubitat. Plures etiā confesso-
res. qui ad fidei illuminationē. multa scripserunt. in eminentia
doctrine probationē sanctitatis habentes: vt augustinus. gre-
gorius. et similes. Unde cū in canonizatiōe sancti thome aqui-
nensis de miraculis quereretur: respōdit papa: non esse. de eis
inquirēdū. nā tot miracula fecit. quot questiōes terminauerat.
Plures pariter fuerūt. q̄ in heremo vixerūt in asperitate vite:
a conuersatiōe hoīm elongati: in cōtinua pugna. contra tenta-
tiones et vitia pseuerātes: seip̄os abnegantes: patrē. matrē.
et omnia que possidebāt relinquētes: crucē suam portātes. et
christū sequētes: sicut paulus primus heremita: cuius respe-
ctu anthonius ait: se solū monachi gerere nomē. Sicut et arse-
nius. hilarion. machari⁹. eulalius. et ceteri plures: sicut et hic
pater noster beatus Bruno: qui nō minus ceteris fecisse vide-
tur. Quibus omib⁹ sufficit pro sanctitatis testimonio: verbū
christi dicentis. in persona sapientie. Qui elucidāt me: vitam
eternam habebūt. Et iterum de eadem sapientia loquēs. Sup
salutem inquit et speciem dilexi illam: et proposui pro luce ha-
bere illam: quam sine fictione didici: et sine inuidia communi-
co: et honestatem illius non abscondi. Infinitus enim est
thesaurus eius: quo qui vsi sunt: participes facti sunt ami-
citię dei. ppter discipline dona cōmendati. Et in euangelio. cū
dixisset simon petrus ad eum. ecce nos reliquim⁹ oīa: et secuti

Vita beati Brunonis

sumus te. Quid ergo erit nobis? Respondit. Omnis qui reliquerit domum. vel fratres. vel sorores. aut patrem. aut matrem. aut uxorem. aut filios. aut agros propter nomen meum. centuplum accipiet. et vitam eternam possidebit. Et iterum ad discipulos suos. Amen (inquit) dico vobis. quod vos qui secuti estis me. in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue. sedebitis et vos super sedes duodecim. iudicantes duodecim tribus israel. Et ad adolescentem de vita eterna interrogantem. ait. Si vis perfectus esse. vade et vende omnia que habes. et da pauperibus. et veni sequere me. et habebis thesaurum in celo. His itaque solis sue sanctitatis testimoniis. sanctissimus dominus noster. dominus Leo decimus. papa modernus. sine alia miraculorum inquisitione contentus. dignum arbitratus est. et rationi consonum. eum. quem deus tantis in hoc seculo. donis insignivit et gratiis. nunc assumptum in celis. maximis efferendum preconibus. Et cui viventi dederat omnipotens cor. ad preceptum et legem vite. et discipline. eidem nunc apud thronum divine glorie quiescenti. debite devotionis obsequium. impendat in terris. Et propterea voluit idem pontifex. et nobis et ordini nostro. apostolica auctoritate. concessit. ut in singulis domibus totius nostri ordinis. et earum ecclesiarum seu capellis. festum eiusdem patris nostri beati Brunonis confessoris. annis singulis. die sexta mensis octobris. qua die illa eius beata anima carnis vinculis exuta. ad celestia regna migravit. solenniter colatur. et congrua ac debita devotione. celebretur. Eiusque corpus. et memoria. dignis in domino laudibus. veneretur. et convenientes officium. in honorem ipsius agatur. et decantetur. Et ut de eo diebus singulis. commemorationem facere valeamus. Idem etiam pontifex. domum predictam sancti stephani. quam ut iam sepe dictum est. beatus Bruno pater noster. in finibus calabrię. post erectam prius per eum cartusiam fundaverat. et in qua corpus eius conditum iacet. per monachos alterius ordinis. multis annis occupatam. ordini nostro restituit. et sub eius cura. iuxta ritum et mores. ac regularia instituta eiusdem nostri ordinis regendam. et gubernandam commisit. prout in desuper confectis litteris apostolicis continetur.

Gaudeamus itaque fratres mei dilectissimi. gaudeamus omnes in domino. die festum celebrantes. sub honore beati patris nostri Brunonis. de cuius solennitate gaudet angelus. et collaudant filium dei. Hec namque est dies illa quam fecit dominus. dies inquam illa. que ab angelis in celis continua. a nobis vero in terris. ad dei laudem. et tanti

Vita beati Brunonis

patris memoriam: annua deuotione recolitur. Exultemus igitur et letemur in ea: et omnipotenti deo. qui per suam misericordiam huius nostre militie ducem et principem. tantis ac talibus donis et gratijs preuenit in via: et tantis dotibus. ac tanta gloria. deinde remunerauit in patria: dignas quas possumus laudes et gratias humiliter referamus: et eiusdem sancti merita: dignis efferamus laudum preconijs. Preceptum enim habemus de honorandis parentibus: nedum carnalibus: sed et tanto magis his qui nos in christo genuerunt spiritualibus. Unde scriptum est. **Q** gloria hominis. ex honore patris sui est. Et dedecus filij: pater sine honore. Et quod qui honorat patrem suum: vita uiuet longiore. et iocundabit in filijs: et in die orationis sue exaudiet: et superueniet illi benedictio a deo: et benedictio illius: in nouissimo manet. **A**gamus insuper deo laudes et gratias: qui sicut post quadringentos et triginta annos. a repromissione facta abrahe. filios israel per manum moysi de seruitute egyptiorum liberauit: ita et nunc post totidem annos. quadringentos scilicet et triginta: hunc patrem nostrum. et per eum. fundatam domum predictam sancti stephani: per manum summi legislatoris romani pontificis. christi in terris vicarij: de manu alienorum redimere: et sub nostri ordinis possessione et obediencia: restituere dignatus est. Tot enim anni. quadringenti scilicet et triginta numerant. ab eiusdem ordinis initio: quasi quodam diuino presagio: usque ad annum millesimum quingentesimum quartumdecimum: quo anno idem pontifex. eundem patrem nostrum. et dictam eius domum: in qua ut iam sepe dictum est. conditus iacet: a predicta seruitute liberauit. Et quia tunc dominum in sanctis eius. et sanctos in domino digne veneramus et colimus. cum sanctorum virtutes: et mores imitamur et sequimur: sicut et ille deum perfecte diligit. qui eius mandata custodit. Propterea venerabiles patres et fratres in christo dilectissimi: si vere filij sumus et non degeneres: sequamur. et quantum domino cooperante poterimus. imitemur huius patris nostri beati Brunonis mores et vestigia. **H**ecet enim filios similes esse patri: cum dominus de seipso loquens dicat: non posse filium a se facere quicquam. nisi quod uiderit patrem facientem. Et quod quecumque ille fecerit: hec et filius similiter faciat. **Q**ueadmodum igitur ille fecit: ita et nos pariter faciamus. **C**artusienses enim sumus: et a cartusia. ut iam audiuius. nomen accepimus. **C**artusia autem iuxta etymologiam sui nominis. secundum Hieronymum in interpretatione

Vita beati Brunonis

hebraicorū nominū: dicta est a cartus. quod interpretatur per-
fecte vocat⁹. vel pfecta vocatio: et ia quod est dñs vl' dñator:
quasi a dño pfecta vocatio. Et inde cartusienſis dicit⁹ est: tanq̄
a dño pfecte. vel ad pfectionē vocat⁹. Cum itaq; religio sit ſta-
tus acquirede. vel exercēde pfectiōis: constat hāc ſacrā cartu-
ſianā religionē noſtrā: inter ceteras religiones. nō infimum. ne
arrogāter. dixiſſe videamur primum. perfectionis tenere locū:
quā ipſe dñs perfectā vocat. Obmutescāt igitur. et ori ſuo digi-
tum imponāt quidā: qui tanq; ipſi ſoli iuſti ſint: aſpernantur
ceteros: et ſuā ſolā iuſticiā conſtituere volētes: iuſticie dei nō
ſunt ſubiecti. Qui et dicere non verentur hanc religionem: nō
eſſe de religionib⁹ ab eccleſia approbatis. Quis em reprobatā
dicere audebit: quā dñs perfectam vocando. approbavit: Cū
nec ariol⁹ ille balaam ad maledicendū inuitatus: auſus fuerit
maledicere populo dei: cui benedixerat dñs. Sed ecōtra bene-
dixit ei: dicēs. Quō maledicā: cui nō maledixit deus: aut qua
ratione deteſter: quē dñs nō deteſtatur: Ad benedicēdū. addu-
ctus ſum: benedictionē phibere non valeo. Qui igitur inquit
benedixerit tibi: erit et ipſe benedict⁹: et qui maledixerit tibi.
in maledictione reputabit. Hec contra obtrectatores quosdā:
paucā ſufficiāt. Nunc ad ceptum propoſitum reuertamur. Su-
mus em vt prediximus cartusienſes: ad perfectionis ſtatum a
dōmino vocati. In hoc autem conſiſtit iſta perfectio: q̄ deo
perfecte. et tota mente inherēam⁹: et ad perfectionē tendam⁹. p̄
habitus virtutū. et actus earum. Nam virtus eſt. que habentē
perficit: et opus eius bonum reddit. Vel eſt diſpoſitio perfecti
ad optimū. Inter virtutes autem charitas principatum. obti-
net. Unde apoſtol⁹ cum dixiſſet: nunc aut manēt. fides. ſpes.
charitas: tria hec: ſubiunxit. et ait. Maior aut horū eſt chari-
tas. Et iterū. Adhuc excellentiorē viam vobis demonſtro. Si
linguis inquit hoīm loquar. et angelorū: charitatē autē nō ha-
beam: factus ſum velut es ſonās. aut cymbalū tinniēs: et reli-
qua que ſequūtur: ad cōmēdationē tante virtutis. maiorē om-
nibus donis. De qua iterum coloffenſibus ſcribēs: ſuper om-
nia inquit charitatem habete: que eſt vinculū perfectionis. Fi-
nis igit religionis: et ſūma totius pfectionis: eſt charitas.
Adedā autē ad finem. ſunt ſubſtantialia religionis vota: pau-
peras. obedientia. caſtitas: morum conuerſio. et ſtabilitas.
Jeiunia vero. abſtinentie. vigilię: et cetera regulares obſeruari

Vita beati Brunonis

tie: non perfectio. sed perfectionis instrumenta sunt. Et quia imperfectio est nolle esse perfectum: in via quoque dei non progredi. regredi est et non par in religione deficit qui non proficit: cum seruus ille piger a domino damnatus sit. qui acceptum talentum in terra abscondit. nec illud feneratori ad erogandum dedit: propterea dilectissimi. ne nos pariter cum ipso damnemur: sed ut re sicut et nomine. veri cartusienfes. quos dominus perfectos vocat. dici et esse. et beatissimi patris nostri filij. et inde coheredes effici mereamur: toto cordis affectu. charitatem. sine qua impossibile est placere deo. habeamus. et habitam custodiamus. Nam hec finis precepti est. et plenitudo legis: quam ab apostolo paulo in tantis commendata: vno solo verbo. satis eam commendat apostolus iohannes: cum dicit. quod deus charitas est: et qui manet in charitate: in deo manet: et deus in eo. Quid igitur hac virtute. que deus est. sublimius: Quid mortalibus quam in deo manere. et cum deo esse. vtilius: Quid gratius: quid salubrius: Ad huius igitur virtutis sublimitatem obtinendam: et obtentam conseruandam: media predicta. nobis ad eam data summo studio obseruare debemus: et omnia que charitati aduersantur: penitus a nobis auferre. Paupertas namque voluntaria: primum fundamentum est. ad hanc perfectionem obtinendam: dicente domino. Si vis perfectus esse: vade et vende omnia que habes. et da pauperibus: et veni sequere me. Et iterum. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet: non potest meus esse discipulus. Nam cupiditas. que radix omnium malorum. et idolorum seruitus ab apostolo: et mamona iniquitatis dicitur a christo: de directo opponitur charitati. Temporalia enim ista: vix aut nunquam sine amore possidentur. Ille autem deum minus diligit. ait augustinus: qui preter eum aliquid diligit: quod non propter eum diligit. Unde nutrimentum charitatis ait idem: diminutio est cupiditatis: perfectio vero nulla cupiditas. Et propterea apostoli. vere paupertatis amatores. qui fuerunt in charitate perfectissimi: nihil suum esse dicebant: sed erant illis omnia communia. De quibus propheta ante predicterat. Pro nihilo saluos facies illos. pro nihilo scilicet paupertatis. Et iterum. Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem. Regnum scilicet celorum: quod pauperum est. In quibus etiam impletum videtur. quod scriptum est: quod temporibus salomonis. id est christi: qui patris sapietia est: argentum in hierusalē pro nihilo reputabatur. Ad perfectionem autem hanc acquirendam: non sufficit relinquere nostra:

189

Vita beati Brunonis

quod socrates . et philosophi quidam alij fecisse legunt : putantes
se non posse simul diuitias et virtutes possidere : nisi etiam relinqua-
mus . et nos . Tunc autem nos relinquitur : cum reiecta propria vo-
luntate . nostrum velle et nolle . superioris arbitrio committimus : quod fit
per votum obedientie . Est igitur obedientia : ad perfectionem necessaria .
Nam cetera virtutum opera : ex hoc solo meritoria sunt : quia fiunt .
ut diuine obediatis voluntati . Unde si quis etiam martyrium susti-
neret : vel sua omnia pauperibus erogaret : nisi hoc ordinaret ad
impletionem diuine voluntatis . quod recte ad obedientiam pertinet :
meritorium esse non posset . sicut nec si sine charitate fieret . Pro-
pter quod scriptura dicit : quod melior est obedientia . quam stultorum victi-
me : et quod quasi peccatum ariolandi est repugnare : et quasi scelus
idololatrie . nolle acquiescere . Cum nihil magis possit homo deo
dare . quam propria voluntatem : et ut propter ipsum voluntati se subij-
ciat aliene . Unde in collationibus patrum legitur : teterrimum genus
monachorum esse sarrabaitas : qui suas necessitates curantes .
absoluti a seniorum iugo : habent libertatem agendi que volunt . Et
propterea precepit apostolus : ut omnis anima sublimioribus potesta-
tibus subdita sit . Quia non est potestas : nisi a deo . Que autem a
deo sunt : ordinata sunt . Et ideo qui potestati resistunt : dei or-
dinationi resistunt . Qui autem resistunt : ipsi sibi non quidem perfe-
ctionem : sed potius damnationem acquirunt . Beate igitur ille sunt
anime (ait hieronymus) que dorsum curuauerunt : ut suscipiant
super se sessorum : et frena eius patiantur : ut quocumque voluerit .
flectat eas . Nam extra bethaniam . que interpretatur domus obe-
dientie : nec studium bone actionis . nec otium sancte contemplatio-
nis : nec lachryme compunctionis inueniri possunt . Ad perfectionem
etiam istam . requiritur abstractio eorum . per que homo impedi-
tur : ne totaliter feratur in deum . Concupiscentia autem carnis et
venereorum usus : propter vehementiam delectationis : inter omnes
interiores hominis passiones . maxime absorbent et impediunt
usum rationis . Nihilque magis obest veritati acquirende vel
speculande : quam voluptas illa carnis : que nihil virile . nihil al-
tum . nihil celeste . mentem que se tali dederit passioni : meditari
permittit . Et propterea ad hanc perfectionem acquirendam : neces-
saria est perpetua continentia : sine qua . ut hieronymus ait . con-
tra iouinianum . imperfecta sunt omnia . Unde paulus ad Timotheum
scribens : teipsum inquit castum custodi . Et de iudith scriptum est :
quod confortatum est cor eius : eo quod castitatem amauerit : et post virum

Vita beati Brunonis

suum alterū nescierit. Ad hanc igitur obseruandam nos admo-
net idem apłus: verbo et exēplo suo dicens. Volo omnes ho-
mines esse: sicut meipsum. Et iterū. Dico autē nō nuptis: bo-
num est illis si sic permanserint: sicut ego. Et iterū ad thessalo-
nicenses. Hec est voluntas dei. sanctificatio vestra: vt abstine-
at vnusquisq; a fornicatione: vt sciat vnusquisq; vas suū pos-
sidere. in sanctificatiōe. et honore. Et ad ephesios. State suc-
cincti lumbos vestros in veritate. Et dñs in euangelio. Sint
lumbi vestri precincti. Tunc autē lumbos accingimus ait gre-
gorius: cum carnis luxuriā. per cōtinentiā coartam⁹. Et iterū
idem dñs a phariseis interrogat⁹: si licet homini. ex quacūq;
causa. vxore dimittere: inter cetera respōdit. Sunt (inquit) eu-
nuchi: qui seipsos castrauerūt ppter regnū celozū. Quib⁹ per
pphetā dicitur. Non dicat eunuchus: ecce ego lignū aridum.
Quia hec dicit dñs eunuchis. qui custodierint sabbata mea:
et elegerint que ego volui: et tenuerint fedus meū: dabo eis in
domo mea. et in muris meis locū: et nomē meū a filijs et filia-
bus. Nomē sempiternū. dabo eis: quod nō peribit. Hec itaq;
sunt tria substantialia religionis vota: ad perfectionē charita-
tis quā querimus: accōmoda. paupertas scilicet. obedientia et
castitas. Quibus addunt⁹ morū cōuersio: et stabilitas. Non
em̄ sufficit locū mutasse: contemptibilem locū elegisse: deferre
āmplam cucullam: latā coronā: nisi morū cōuersio subsequa-
tur. Ambra em̄ religionis sunt ista: nō veritas. Hec placet deo
in monasterio habitus corporis: si desit habitus mentis. Et
propterea volenti in ordine proficere: et hanc charitatis perfe-
ctionem acquirere: necesse est. vt immutet⁹ in virum alterū: vt
dicere possit illud apostoli. Quis autē iam nō ego. viuit vō in
me christus. Et illud sponse in canticis. Ego dilecto meo: et
ad me cōuersio eius. Et qui prius placuit mundo: abinde co-
gitet quō placeat deo. Et si exhibuerit membra sua. seruire im-
mundicie: et iniquitati ad iniquitatem: ita et nunc exhibeat.
iuxta doctrinam apostoli. seruire iusticie: in sanctificationem.
Et cōuertat⁹ a via sua mala et pessima: iuxta pphete consiliū:
bona faciens studia sua. Nam cōuersio corporis si sola fuerit:
nulla erit. Unde dñs p moysen ad populum suū. Juxta consue-
tudinē inquit terre in qua habitastis: nō facietis. Separavi
em̄ vos a ceteris populis: vt essetis mei. Separate igit⁹ et vos
mundū ab imundo: ne polluatis animas vestras. Postremo:
licet in

ps. e. i. i. h. e.

190

Vita beati Brunonis

licet in p̄fessione nostra primū locū teneat : ad p̄fectionē istam
acquirendā. necessario requirit̄ stabilitas : hec est perseuerātia.
Tunc em̄ vniuscuiusq; conuersio. recta. et perfecta erit : si in ea
vsq; in finē perseuerauerit. Nam incassum. bonū agit̄ : si ante
vite terminū deserit̄. Et frustra velociter currit̄ : qui prius defi-
cit̄ : q̄ ad cursus sui metas deuenit̄. Nec cursus brauiū : nec
laboris premiū : nec pugne victoriā : nec martyrii coronā : si-
ne perseuerātia. quis cōsequit̄. Nec em̄ cauda hostie : quā dño
iubemur offerre. Nec est ioseph vestis illa polimita : vndiq; vir-
tutibus ornata : ad talos vsq; perueniēs. Nec deniq; est illa so-
la virtus : cui eternitas reddit̄ : et corona debet̄. dicēte dño ad
dauid de regno salomonis. Firmabo inquit regnū eius vsq; in
sempiternū : si perseuerauerit. Et iterū in euāgelio. Qui perse-
uerauerit vsq; in finē : hic saluus erit. Non dicit. qui ceperit :
sed qui perseuerauerit. Nam multi bene incipiūt : sed pauci ad
finē vsq; perueniūt. Et hi soli p̄fecti sunt. Nam illud dicit̄ p̄-
fectū : cui nihil deest. Aduertendū tñ est fratres mei : q̄ p̄fe-
ctio illa charitatis. quā querim⁹ : potest dupliciter cōsiderari.
Uno modo ex parte diligibilis : alio mō ex parte diligētis. Ex
parte quidē diligibilis : diligēdus est deus. q̄tū bonus est. Et
quia eius bonitas est infinita : nulla creatura pōt eum diligere
infinite : qz quelibet virtus creata. finita est. Unde p̄ hunc mo-
dum : nullius creature charitas. pōt esse p̄fecta : sed solum cha-
ritas dei qua seipsum diligit. Ex parte vō diligētis : charitas
tunc dicit̄ perfecta : qñ quis. toto suo posse. qđ diligendū est
diligit. Quod quidē etiā cōtingit tripliciter. Primo modo sic :
q̄ totū cor hominis actualiter semper ferat̄ in deum. Et hec est
perfectio charitatis patrie : que nō est possibilis in hac vita :
in qua impossibile est. p̄pter humane nature infirmitatē. semp
actu. cogitare de deo : et moueri dilectiōe ad ipsum. Alio mō :
vt homo studiū suū. deputet ad vacandū deo. et reb⁹ diuinis.
pretermissis alijs : nisi quantum necessitas presentis vite requi-
rit. Et ista est perfectio charitatis possibilis in via : q̄ quis non
sit equaliter in omnibus charitatē habētib⁹. Alio vō modo :
vt quis habitualiter in deo ponat cor suū : ita q̄ nihil cogitet.
vel velit. quod sit diuine dilectioni contrariū. Et hec perfectio
est cōmunis omnibus : charitatem habētibus. Et inde est : q̄
nullus purus viator. potest in presenti vita tantū perfici : quin
semp possit magis ac magis q̄ diu vixerit in charitate p̄ficere.

Vita beati Brunonis

Unde in viennensi cōcilio . sub Clemente quinto pontifice romano :¹ damnata est secta quorundā beghardozū et beguinarum : qui tenebant et asserebāt . q̄ homo in vita presenti . tantū et talem . perfectionis gradū poterat acquirere :² q̄ redderet penitus impeccabilis : et amplius in gratia proficere nō valeret . Hinc etiā est : q̄ religio dicit̄ status acquirende perfectionis . vt prediximus :³ q̄uis sint in multis religionib⁹ . multi imperfecti : qui tamē debēt velle perfici . et ad hoc tenent̄ suo posse conari . Verū cū dicat sapiens :⁴ q̄ corpus . qd̄ corrumpit̄ aggrauat animā :⁵ et terrena inhabitatio deprimit̄ sensum multa cogitantē : et ap̄lus paulus dicat q̄ fructus spiritus est charitas : et q̄ caro concupiscit̄ aduersus spiritū . et spiritus aduersus carnem :⁶ et q̄ hec sibi inuicē aduersant̄ . ita vt non quecumq; volumus . eadē faciamus : p̄pterea docet nos ap̄lus petrus :⁷ vt abstineamus a carnalibus desiderijs : que militant aduersus animam . Nam vt ait idem apostolus paulus : prudentia carnis mors est . Et qui in carne sunt : deo placere non possunt . Ergo fratres si scdm̄ carnē . vixeritis (inquit) moriemini . Si autē spiritu . facta carnis mortificaueritis : viuetis . Et alibi iterum ait : Hec autē dico fratres : quia caro et sanguis . regnū dei possidere nō possunt . Et iterū : Manifesta autē sunt (inquit) opera carnis : que sunt . fornicatio :⁸ immūdicia :⁹ impudicitia :¹⁰ luxuria :¹¹ idolorū seruitus :¹² veneficia :¹³ inimicitie :¹⁴ cōtentiones :¹⁵ emulationes :¹⁶ ire :¹⁷ rixe :¹⁸ dissensiones :¹⁹ secte :²⁰ inuidie :²¹ homicidia :²² ebrietates :²³ comestationes :²⁴ et his similia que predico vobis sicut predixi : qm̄ qui talia agunt . regnum dei non cōsequent̄ . Propterea dilectissimi . si in via dei proficere . et p̄fectionē charitatis . quā querim⁹ . que totius religionis est finis in presenti p̄ gratiā . et in futuro p̄ gloriā obtinere volumus :²⁵ necesse est . vt hec carnis opera . que enumerat ap̄lus : et his similia omnino fugiamus . Et iuxta doctrinā eiusdē apostoli :²⁶ mūdemus nos ab omni inquinamēto carnis : perficientes sanctificationē . in timore dei . Unde sapiens volens nos ab hac seruitute carnis liberare :²⁷ et ad libertatem spiritus adducere : ait . Cibaria et virga . et onus . dentur asino : panis et disciplina . et opus seruo . Per asinū et seruū . carnē significans . Recte quidē :²⁸ Nam qui carnis opera sequunt̄ : asini sunt . quasi sine sensu . Sic em̄ asinus interpretat̄ . Sunt etiā serui : dicēte dño . Quis omnis qui facit peccatū : seruus est peccati . Quibus danda sunt cibaria . ne

191

Vita beati Brunonis

cessarie sustentationis: virga discrete correctionis: et opus vtilis opationis. Panis ne deficiat: disciplina. ne lasciuat: opus vt proficiat. Unde sequit. Jugū et lorū curuant. collum durū. Et seruū inclinant operationes assidue. Seruo maliuolo. tortura. et cōpedes: mitte illum in operationē. ne vacet. Adultā em̄ maliciā docuit ociositas. Hinc etiā in prouerbijis. salomon ait. Flagellū equo: et chamus asino: et virga in dorso imprudentium. Virga em̄ atq; correctio: tribuit prudētiā. Puer autē qui dimittit voluntati sue: cōfundit matrē suam. Et qui delicate a pueritia sua. nutrit seruū suū: postea sentiet eum cōtumacē. Attendamus itaq; queso dilectissimi. q̄s districte asinum et seruū istum. carnē scilicet suā macerauerint patres veteris et noui testamēti: elias. eliseus. iohānes baptista. paulus prim⁹ heremita. hieronym⁹. anthonius. benedictus. et ceteri: maxime pater iste noster beatus Bruno: cū suis sequacib⁹. Attēdam⁹ etiam vas electionis paulū aplm: qui de seipso ait. Castigo corpus meū: et in seruitutē redigo: ne forte cū alijs predicauerim. ipse reprob⁹ inueniar. Si igit talis ac tantus aplus: qui tot terras predicando circumierat: tot animas ad christū cōuerterat: tot et tanta p christo sustinuerat: put ipse de seipso testat⁹ dicēs: Ter virgis cesus sum: semel lapidat⁹ sum: ter naufragiū feci. Nocte et die in profundo maris fui. Et iterū. In laborib⁹ plurimis: in plagis supra modū: in mortibus frequēter: et multa alia que enumerat. Qui deniq; raptus est in paradysum: et audiuit arcana vba: que nō licet homini loqui. Si inquā ita est. imo q; ita est: q; talis ac tantus. castigaret corp⁹ suū. et in seruitutē redigeret. ne forte reprob⁹ efficeret: quid nos misericordicturi sumus: qui peccatis pleni. et bonis operibus vacui sumus: Qui pctā peccatis assidue superaddimus et cumulam⁹: et tamē carnē nostrā in delitijs cōsouem⁹: Quid inquā. dicturi sumus. seu facturi: nisi vt eorū mores et vestigia imitemur et sequamur: in quorū locū succedim⁹. Patres em̄ nostri. p se et suis conuentib⁹. vnanimiter in pleno capitulo generali: esui carnū. perpetuo abrenunciauerūt. Unde et iuxta quosdam cartusienses vocati sunt. Laudabilis profecto fuit hec ordinatio: et eius obseruantia salubris: cū dicat aplus: bonū esse vinum nō bibere: et carnē nō manducare. Non tamē ex hoc solo iustificati sunt: cum non sit regnū dei esca et potus: sed iusticia. et pax. et gaudiū. in spiritu sancto: vt idē apostolus ait. Nam et

Vita beati Brunonis

legimus deliquisse ionathā. in gustu mellis: esau. in edulio lentis: et sodomitas in sola saturitate panis. Unde non nobis ad salutem sufficit: sola abstinentia. a pecorum et volucrum carnibus: nisi etiam omnino abstineamus. a carnis operibus. Ab exordio enim hūane cōditiōis Hieronymo teste: vsq; ad diluuiū. homines carnibus non vescebantur. Inter quos tamē. plures imperfecti fuerunt et pessimi: vt patet in Cain qui et fratrem occidit: et domini iudicium contempsit. Narrat etiam idem hieronymus cōtra iouinianū: sub saturno id est aureo seculo. nullum comedisse carnes: sed vniuersos vixisse fructibus. quos sponte terra gignebat: et quod sub cyro polenta. et cardamo. et sale. et pane cibario: homines viuebāt. Antiqui etiā inquit egipti sacerdotes: a carnibus et vino. semper abstinebāt. Pane raro vescebantur: ne stomachum onerarent. Qua quoq; et lac pro carnibus euitabāt: quorum alterum carnes liquidas: alterum. sanguinem esse dicebant. colore mutato. Esset quoq; quos et iosephus et philo. inter cetera tria dogmata iudeorū. miris efferūt laudibus: ab vxoribus et vino et carnibus abstinentes: quotidianum ieiunium in naturam verterunt. Adagi quoq; apud persas doctissimi et eloquentissimi: excepta farina et olere: nihil aliud in cibo sumebāt. Brachmanes q; et pphete iouis: non solum carnibus: sed etiam coctis cibis abstinebant: solis pomis arborum: et farina contenti. Unde apud athenas: in templo eleusine. preceptum erat de carnibus non vescendis. Hinc et orpheus in carmine suo: esum carniū detestatur. Horum itaq; constat exemplo: solam abstinentiam a carnibus. nobis ad salutem. et quam querimus perfectionem charitatis non sufficere: nisi etiam. abstineamus ab operibus carnis. dicente domino. Nō permanebit inquit spiritus meus in homine in eternum: quia caro est. Et iterum per prophetā. Non est pax vniuerse carni: ait dominus. Seminauerunt triticum: et spinas messuerunt: hereditatem acceperunt: et nō eis proderit. Unde necesse est: si re. sicut et nomine veri cartusien-ses. quos dominus perfectos vocat. esse velimus: vt spiritu ambulemus: iuxta doctrinam apostoli. Et desyderia carnis in desyderijs non perficiamus: et vt reddam⁹ domino. vota que distinxerunt labia nostra: que sunt ad charitatis perfectionem acquirendam: vt iam dixim⁹ instrumēta: et oportuna media. Procul igitur fiant a nobis dilectissimi: ritus et mores. et con-

Vita beati Brunonis

suetudines. seu verius corruptele quorūdā. solo habitu. et no-
 mine monachorum: qui solo religionis nomine gloriantur: quorum deus venter est: et gloria in confusione ipsorum: qui christo domino nostro non seruiunt. sed suo ventri. Liborū obseruatores: et morum neglectores: que sua sunt querentes: non que iesu christi: qui docet animas vt salue fiant perdere. Ipsi vero volentes. si possent. in hac mortali vita. immortales viuere: discipuli facti hyppocratis. et galemi: qui docet nō christo. sed mundo. animas saluas facere. Quidam enim ex eis. qui vix dum in seculo essent. milio. fabis. rapis. et rudi pane hordeaceo. ventrem implere poterant: nunc in monasterio constituti. sue prioris egestatis obliti: mel et simulam fastidiūt. Quidam de complexionibus hominū. non de professione iudicāt: infirmitates varias si rigor ordinis teneatur: venturas predicant. dicentes. Hoc oculis: hoc capiti: illud pectori. vel stomacho nocet. Legumina ventosa sunt. Caseus stomachū grauat: lac capiti nocet: pectus. potum aque non sustinet. Laules nutriunt melancoliam: porri accendunt coleram: pisces de stagno aut lutosa aqua: mee penitus complexioni nō congruūt. Et super his medicos nō animarū sed corporū frequēter consulunt: quorum potius adherēt consujs q̄ apostoli. Et inde nō contēti his. que ordinate ceteris conuētualibus. solent ab ordine dari: sub pretextu sue simulate infirmitatis seu debilitatis: diuersa et exquisita sibi pcurant fercula ministrari: et ea nō ad extinguendū. sed poti⁹ ad excitandū appetitū. Et vt sui vētris importunitati satisfacciant: quis monacho. ad omne condimentum. sal cum pane sufficiat: Illa varijs condiunt succis. speciebus et fassamentis: et diuersas in eis frixuras coquorū arte faciunt: vt satietas appetitū nō minuat. Unde tot pisciū generibus. tot frixurarū varietatibus: in nihilo differre videntur egiptus a deserto: aut palatium a claustro. Tanta enim et talia tales postulant: vt vix in totis fluijs. agris. ortis. cellarijs. aut vrbib⁹: reperiri possit quod comedāt. Quidā vero ex eis apli consiliū. de vtendo vino non negligunt: quod tamen premisit modico. audire cōtemnūt. Sed ad plenos haustus bibūt: nec sibi vinum temperant. aut se vino. Luxuriosa aut res est vinū: et tumultuosa ebrietas: ait sapiēs. Et venter ac genitalia inuicem sunt vicina: itaq; venter mero estuans: cito spumat in libidinem. Et vbi ebrietas: ibi libido dominat et furor. Unde

Vita beati Brunonis

ex nimia ventris repletionē: sequitur quod scriptum est. Cepit populus manducare et bibere: et surrexerunt. certe non orare. nō legere: nō scribere. sed ludere. Brauatus em̄ stomachus. nihil aliud querit: q̄ aut dormire. aut ad iuuandā digestionē exterius recreari. Relictis itaq; interioribus bonis: foris consolationē querūt: vbi nihil de scripturis: et nihil de salute animarum: sed risus. et nuge: et verba proferuntur in ventum. Exterioribus rumoribus gaudent: libētius narrant vel audiūt. bella principum: casus militum: et ceteras vanitates mundanorum hominū: q̄ vitas. et gesta sanctorū. Et potius eligūt esse simul de discumbentibus cum herode: q̄ in vinculis et carcere cum iohāne. Quidā etiā in domo dei. nō patiūtur se habere cōtemptui: qui prius in vico. vel oppido suo. vix cogniti fuerāt. Et qui in domo sua nō nisi cōtemptibiles esse poterāt: deinde in religione positi. vbi honores cōtemnūtur: honorari desyderant. Erubescunt genus suum: pprio nomine nolunt appellari: fratres suos pauperes cum superuenerint despiciūt: eos ex latere respiciūt: derident eos. detrahūt illis. Officia ambiunt: nō vt prosint. sed vt presint. Et pro his habēdis. aut habitis cōseruādis: diuersis vijs et modis: querūt sibi familiaritates principum. et aliorum secularium. Et sic sub vili cuculla: latet manifesta superbia: quam nō docuit magister noster christus. cū dicit. Discite a me. quia mitis sum: et humilis corde. Qui etiam cum dixerit quia regnum celorū est pauperum. id est humilium: superbis profecto reliquit infernum. Quidam pariter sunt in vestimētis. edificijs. eq̄taturis. et huiusmodi nimis curiosi: horrentes saccum hieronymi: tunicā benedicti: matulam eulaliij: lachrymas arsenij: nuditatē apli: ollam helisei: cilicium Brunonis: et maticas guigonis. Quidā postremo contra votum promisse stabilitatis. hincinde discurrūt p̄ libito voluntatis: de domo in domum transeunt: qui nō ad communē necessitatē. sed ad ppriam volūtate. parati sunt: qui causas mutandi locum. non habent sed fingunt. Quorū inquietudo de directo opponit beatitudini: quā boetius statū esse dicit omnium bonorū aggregatione perfectū. Faciūt em̄ cōtra dñi cōsiliū: dicētes in euangelio. In quacūq; domū intraueritis: ibi manete: et inde ne exeatis. Et iterū. Nolite transire de domo in domū. Hinc est q̄ ap̄lus iubet inq̄etos corrip̄i. Et p̄pheta ait. Populū diligente mouere pedes suos: deo non placere. Nā cir

Vita beati Brunonis

Cūre terrā: et pambulare eam. non monachorū est officiū: sed demoniorū. In his et similibus excedūt interdum diuersarū religionū monachi plures. Et si qui forte tales in ordine nostro sint: absit tamen vt sint de ordine. Nullus em̄ ordo: quicq̄ recipit inordinatū. Quod vero inordinatū est: ordo non est. Absit etiam vt quis tales dicantur: cartusienses sint. Nam dominus cartusienses vt prediximus: perfectos vocat. Qui autem huiusmodi sunt: potius dicendi sunt esse in via perditionis. q̄ in statu perfectionis: cum nō faciat habitus monachū: sed professio religiosa. in qua. qui offendit: non minus offendit: q̄ qui habitum religionis deserit. Quia tamen in multis offendimus omnes: sintq̄ iusticie nostre. quasi pannus menstruate: nec sit qui faciat bonum. etiam vsq̄ ad vnum: cum dicat apostolus iohannes. quod si dixerimus. quia peccatum non habemus. nos ipsos seducimus. et veritas in nobis nō est: et mendacem facimus apostolū. qui ait: quod conclusit scriptura. omnia sub peccato: propterea dilectissimi fratres: mundemus nos. ab omni inquinamento carnis et spiritus: perficientes sanctificationem in timore dei. Abijciam⁹ opera tenebrarum: et induamur arma lucis. Abstineamus a carnalibus desyderijs. que militant aduersus animam: conuersationem inter gentes habentes bonam: vt hi qui detrahūt nobis ex bonis operibus considerantes nos: glorificent deum. in die visitationis. Crucifigamus carnem nostram: cum vitijs et concupiscētijs. Reddamus domino vota nostra. Emēdemus in melius: quod ignorāter. seu negligenter. aut ex infirmitate carnis perfecimus. peccauim⁹. Volūtariē nūc p̄ christo. ponam⁹ quādoq̄ dimittēda: ne quod absit p̄ transitorijs amittam⁹ eterna. Hauriamus antidotū. momētaneē amaritudinis: vt quādoq̄ percipiam⁹ immēse gaudia salutis. Sic modo curram⁹: vt ī futuro cōprehendam⁹. Ubi inueniemur: ibi iudicabimur. Nō perdamus temp⁹ acceptabile. Nō em̄ erit apud inferos. loc⁹ penitentie. Nec differam⁹ de die in diē: quia qui tēpus ad penitētiā dedit: crastinū diē nō promisit. Dum igit⁹ vocat⁹: dum sumus in via: legi dei consentiamus. Concordemus cum aduersarijs nostris. Lex quippe diuina et ordinis statuta: sunt nri aduersarij: quia nostris carnalibus omnino contradicūt voluptatibus. Cum eis igitur dum rex expectat: dum ad veniendū tardat: dum nos adhuc ad pacē inuitat: nūcios mittam⁹: cū eo

d iij



Vita beati Brunonis

pacis fedus ineam⁹. quem venientē sustinere non valem⁹. Pre-
occupem⁹ faciē eius in confessiōe: mittam⁹ ad eū legationē no-
stram: lachrymas: oratiōes: ieiunia: et cetera pia et religiosa
opera. Humiliemus nos sub potenti manu ei⁹: vt cū venerit.
nō vt seruos inutiles puniēdos: sed vt filios hereditādos iue-
niat. secūq; ad nuptias introducat: vbi de beneficijs suis phē-
nes sibi gratias reddere: et cū sc̄tis oib⁹ ppetuo laudare vatea-
mus. Venite igit^r fratres mei: et p̄cidam⁹ ante deū. q̄ benign⁹
et misericors est: et p̄stabilis sup malicia. Plorem⁹ corā dño q̄
fecit nos: et ante pedes sue maiestatis. et incōprehēnsibilis bo-
nitatis. humiliter puoluti: dicam⁹ oēs. Oipotens eterne de⁹.
cuius misericordie. nec mensuras ponere possum⁹ nec tempora
diffinire: qui om̄ipotētā tuam parcendo maxime. et miserādo
manifestās: qui nō letaris in perditōe morientū. nec vis mor-
tem pctōrū: sed magis vt cōuertant^r et viuāt: exaudire digne-
ris preces et oratiōes seruoz tuozum: et ne despicias nos p-
pter multitudinē peccatorū nostrorū: nec p̄tineas in ira tua mi-
sericordias tuas. Multū em̄ peccauim⁹: in iuste egim⁹: iniquita-
tē fecim⁹: et indignationē tuā iuste meruim⁹: Tu tamen pius
et misericors es. Et q̄uis pctā n̄ra magna et multa sint. maior
tñ misc̄dia tua. qz infinita. Nō igit^r in eternū irasaris nobis:
sed sup nos extēde misc̄diam tuā magnā. Et sc̄dm multitudinē
miserationū tuaz respice i nos: delēs oēs iniquitates nostras:
et mūdās nos ab oib⁹ inquinamētis n̄ris. Qd si pctā n̄ra. ta-
lia et tāta sint. dñe de⁹ noster: vt separēt inter nos et te: nec per-
mittāt preces n̄ras ingredi ante thronū misericordie tue: exau-
di saltē aduocatū nostrū. quē habem⁹ apud te. dñm iesum chri-
stū iustū filiū tuū: qui est p̄pitiatio p̄ pctis nostris: et nō tātū
p̄ nostris. sed et p̄ totius mūdi. Qui et iterpellat p̄ nobis. Re-
spice dñe plagas et vulnera: que pro nobis in ara crucis susti-
nuit: et inuenies in sinu suo preciū redēptiōis nostre: et in ma-
nibus suis probatā pecuniā. quā pro redemptiōe nostra obtu-
lit in thesauris tuis: et expendit in gazophylacio crucis sue.
Exaudi spiritum sanctū tuum: qui adimat infirmitatē nostrā.
Nam quid oremus sicut oportet nescimus: sed ipse spirit⁹ po-
stulat pro nobis: gemitibus inenarrabilibus. Exaudi immacu-
latam eiusdem vnigeniti tui genitricem: que de puris sangui-
nibus suis. eodem spiritu sancto cooperāte. nobis protulit fru-
ctum vite: preciū redemptiōis nostre. Et respice pie matris.

Vita beati Brunonis

que tibi p nobis offert. pectus et vbera. Exaudi etiam preces
 et orationes omnium sanctorum tuorum. apolorum. martyrum. confessorum.
 atque virginum. et omnium electorum tuorum. et permaxime huius pa-
 tris nostri beati Brunonis confessoris tui. cuius hodie festivi-
 tas agit. cum sequacibus suis anachoretis et monachis. quos
 iam de sua immortalitate securi. volentes nos sue glorie fieri par-
 ticipes. et in celis habere cōsortes. an thronum maiestatis tue.
 p nobis et p salute nra ingiter orant. Tantis igitur ac talibus pla-
 catus intercessoribus. dñe deus. absolue nos a peccatis nris.
 et penam quam p his meremur clemēter indulge. Tu em̄ dixisti p
 verbū tuū. quod quacūque hora ingemuerit peccator. non recordabe-
 ris amplius iniquitatum eius. Ne igitur irritum facias pactum tuum nobis-
 cum. sed auerte faciem tuam. non a nobis. sed a peccatis nris. Et
 ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum. sed propicius esto
 nobis penitentibus propter nomen tuum. Et quia pauperes facti sumus
 nimis. cito anticipet nos misericordie tue. Et infunde nobis munus
 gratie tue. que nos ubique comitet. precedat et sequatur. Et in
 omnibus et p oia dirigete et cōseruante. possimus fructus dignos
 penitentie facere. mundi huius prospera despiciere. et eius aduersa
 patienter tolerare. Hostes visibiles et inuisibiles repellere. et
 eorum insidias preuidere. Que tibi placita sunt ardentem concu-
 piscere. prudenter inuestigare. veraciter agnoscere. et ad lau-
 dem nominis tui. perfecte implere. Da nobis dñe veram fidem. spem re-
 ctam. et charitatem perfectam. Carnis continentiam. cordis mundi-
 tiam. paupertatem voluntariam. promptam obediētiam. humilita-
 tem non fictam. veram patientiam. spirituale leticiam. et animi stabili-
 tatem. Aufer a nobis cor lapideum. et da nobis cor carneum. Cor
 inquam mundum et immaculatum. quod te super oia. et proximum propter
 te diligat. Custodi oculos nostros. ne videant vanitates. os
 nostrum ne loquat mendacium. ne detrahamus absentibus. nec
 maledicamus presentibus. Nec respondeamus maledictum pro
 maledicto. sed e contra. te dominum deum nostrum. in omni tempore be-
 nedicamus. et voluntatem tuam. te adiuuante in omnibus et per
 omnia faciamus. Sepi aures nostras spinis. ne que non licent.
 nec nobis expediunt audiamus. Et omnes sensus nostros et actus in
 viam mandatorum tuorum dirige. ut vota nostra implere. et que tibi pla-
 cita sunt. agere possimus. et post huius vite labentis exitum. te mi-
 serate. a peccatis omnibus et peccatorum penis liberati. ad te que via. veritas.
 et vita es peruenire. et te cum sanctis omnibus. perpetuo laudare.

In memoriam beati Brunonis

et bñdicere valeam⁹. Per eundē dñm nostrū iesum christū filiū
tuū: qui tecū viuit et regnat in vnitāte eiusdē spūs sancti deus:
per omnia secula seculorū. Amē. Finis vite beati Brunonis
cōfessoris: primi institutoris hui⁹ nri ordinis carthusiensis.

Sanctus Bruno primus patriarcha no
stri ordinis composuit hos versus.

Mortales dominus cunctos in luce creauit:
Et capiant meritis gaudia summa poli.
Felix ille quidem qui mentem iugiter illuc
Dirigit atq; vigil noxia queq; cauet.
Nec tamen infelix sceleris/ quem penitet actū
Quiq; suum facinus plangere sepe solet.
Sed viuunt homines tanq; mors nulla sequatur
Et velut infernus fabula vana foret.
Cum doceat sensus/ viuentes morte resolui.
Atq; heredi penas pagina sacra probet.
Quas qui non metuit infelix proorsus et amens
Eluuit/ et extinctus sentiet ille rogam.
Sic igitur cuncti mortales viuere certent:
Et nihil inferni sit metuenda palus.

Pro funebribus de trāsitu diui Bruno
nis deuotorū cenobitarū versib⁹ Henrici lupuli ca
nonici Bernēsis/ carmē phaleratū endecasyllabū.

Abscedat criticus nimis seuerus.
Et limam iaciat politiozem.
Qui ronchum solitus grauem mouere
Fastidit faciles/ leuesq; versus.
Seu qui non oleant maronianum:
Masonis venerem: aut lyram catulli.
Non lenocinium/ poeticive
Fastus/ et phalerata verba lector.
Solis delitie auribus iocunde
Sunt hic/ est humilis/ piusq; sermo.
Et qualis decuit viros pudicos.
Sanctis officijsq; mancipatos.
Tristem conqueritur sacri recessum
Brunonis toties plicata carta.

Esto restituit datum talentum
 Usuris domino bonus minister.
 Esto iam fruitur beatitate:
 Immarcessibilem gerens coronam.
 Esto iam facie videt serena
 Nunq̄ visa oculo: nec aure sensa:
 Et que cor hominis nec attigerunt:
 Esto perspicuus stola perenni
 Inter milia mille candidata:
 Regi concinit in throno sedenti.
 Esto nectareis inebriatus
 Eluit spiritus in deo fluentis:
 Celesti ambrosia super refectus.
 Humanum tamen hoc pie ferendum:
 Si quem non dubitet polo leuatum.
 Tantum quisq̄ suo patrem citatus
 Captu funereas agens querelas:
 Adgrasse hinc gemitu fleat modesto.
 Nam dum carne animū docet grauate
 Celesti similem actitare vitam:
 Eunctorum fuerat typus decusq̄
 Et clarum specimen monasticorum.
 Ergo hunc carta ubi nunciat relata
 Defunctā: obstupuit: dolet: gemiscit.
 Plangit relligio sacrata passim:
 Laternam putido latere busto.
 Ador pompam celebri parando ritu
 Atras instituit sacrum per aras.
 Auget versiculis parum politis:
 Et quisquis potuit cita minerva:
 Obiectum sibi codicem volutum.
 Hos profert titulis liber notatis
 Non vano studio simul redactos.
 Quos si forte legas: nihil queraris:
 Si vel syllaba. pesve claudicant.
 Si non ad trutinam state poesis
 Librati. sapiant scabram scobinam:
 Adireis mage sedula caterua
 Impensum obsequium patri beato.

Inmemoriam beati Brunonis

Affectu exhibitos pio apparatus.
Direris mage dexteram supernam
Brunonem e misera lue attrahentem.
Ad summi solium nitens olimpi.
Lunctis fidus vbi stat aduocatus.
Tutele modo se illius dicarint.
Nec retro aspiciant relicto aratro.

Ad sepulchrum beati Brunonis Epitaphium.

Primus in hac eremo christi fundator ouilis
Promerui fieri. qui tegor hoc lapide.
Bruno mihi nomen: genitrix alemania: meq;
Transtulit ad calabros. grata quies eremi.
Doctor eram: prece christi: vir notus in orbe.
Desuper illud erat gratia. non meritum.
Carnis vincla dies octobris sexta resoluit.
Spiritu requiem qui legis ista pete.

Item aliud.

Laudandus Bruno fuit in multis et in vno.
Vir fuit equalis vite: vir in hoc specialis.
Semper erat festo vultu: sermone modesto.
Cum terrore patris monstravit viscera matris.
Nullus eum magnum. sed mitem sensit vt agnum.
Proxus in hac vita verus fuit israelita.
Hunc deus a penis rape. sedibus infer amenis.

Titulus sancte Marie de here- mo que dicitur Turris.

In primo loco. quem primatem. et caput in ecclesia credimus.
et confitemur. apostolice sedis presulem: totamq; illam princi-
palem curiam: humiles heremite calabrie monasterij sancte dei
genitricis marie: Cuius fundator pater Bruno fuit. et prela-
tus: dum in carne viueret: debita subiectione veneramur. et sa-
lutamus. sanctiq; patris nostri Brunonis obitu pridie nonas
Octobris denunciam⁹. vt meritis eoru et precibus adiuetur
apud deum. Salutamus quoq; vniuersam sancta ecclesiam. in
ordinibus. et professionib⁹ suis. canonicos. monachos. here-
mitas.

In memoriam beati Brunonis

mitas : deo dicatas sanctas virgines . Quibus et omnib⁹ spiritali presentia prosternimur : vt defuncti patris nostri memores esse velint : vt dilecte illi anime / si adhesit macula (cum non sit iustus / qui non peccet) multiplicatis intercessoribus / et precum instantia detergat^r et transeat ad requie . Precamur quoq[;] vt quorumcunq[;] locorū congregationes : aut persone religiose eius agant memoriam : se nominatim non pigeat in hac carta subscribere . Separatim vō / si qui volunt eius memoriam scriptam : et anniuersariam obseruare / scribantur vt congruam vicem singulis rependamus . prout pauci sufficimus . Et autem sciatis / quanta fiducia / quā certa spe liberationis eius preces fundatis : transitum illius vtilitatē breui titulo innotescimus : vt in sancta viri consummatione / veritatē et perfectionē transacte vite colligatis . Sciens quia venit hora eius : vt transeat ex hoc mundo ad patrem : cōuocatis fratribus suis . ab ipsa infantia singulas etates suas replicauit . et totius temporis sui scientia / et sententia dignum proclamauit . Postea fidem suam de trinitate / protracto / et profundo sermone exposuit et conclusit sic . Credo etiam sacramēta / que sancta credit et venerat^r ecclesia : et nominatim panem et vinum / que consecrantur in altari post consecrationem verum corpus esse domini nostri iesu christi / veram carnem / et verum sanguinem que et nos accipimus in remissionē peccatorū nostrorū : et in spe salutis eterne . Proxima die dominica / sancta illa anima carne soluta est . Prædie nonas Octobris . Anno domini millesimo centesimo primo . Orate pro eo et pro nobis peccatoribus . Fratrem nostrum harum litterarum latozem / obedientie gratia peregrinantem / vestre charitati commendamus . Valete .

Titulus fratrum montis amati.

C Notum autē facimus sanctitati vestre nos fratres de viuo / humiles habitatores montis amati : vna cum domino nostro priore hieronymo / in cōmuni statuisse / pro reuerendissimo charissimoq[;] Brunone : vestre congregationis patre : septem dieb⁹ pro eius venerabili transitu / vigiliis et missas celebrare / in matricula conscribere / anniuersarium diem agere . Oramus et obnixè petim⁹ : vt n^{ri} in om̄ib⁹ bonis v^{ris} memores sitis . Valete .

Titulus fratrum Fisciclēsis cenobij.

C Hos fisciclenses fratres / p reuerendissimo ac religiosissimo

In memoriã beati Brunonis

domino Brunone/ eminentissimo eremita/ supplicationũ p̄ces
intētissime/ libētī valde animo/ creatori deo/ cū oblationis sacre
libamine p̄soluem⁹. Et eius venerabile nomē/ inter amātissima
frat̄z nostrorū nomina conscribem⁹: eiusq; anniuersariū diem/
put charitas vestra petit/ deuotius celebrabimus.

Titulus discipuli eius Rangerij.

Ego rangeri⁹/ viri venerabilis Brunonis quōdã discipul⁹:
precū supplicatiōes offerre desydero deo om̄ipotētī: vt qui illū
tanta honestauit gratia/ tanta pietate decorauit: sc̄dm sue fidei
meritū cōferat et coronā. Specialiter autē et pro debito specia-
li/ et amoris priuilegio/ anniuersariam ei⁹ memoriã exhibebo:
pro opportunitate rerum/ et temporis.

Titulus sancti Frigiani Lucensis ecclesie.

Mos humiles sc̄ti Frigiani/ Lucēsis ecclesie fratres/ p̄ tanto
viro et tam glorioso/ volūtarie officiū cōmemoratiōis impēdi-
mus: credētes nos apud deū/ eius sanctis cōmēdari meritis.

Titulus ecclesie Placentine.

Mos sanctissime M̄arie/ sancteq; Justine Placentine matricis
eccleie/ parui meriti fratres: p̄ tam venerabilis viri gloriosissima
aia/ debitas ardētī animo exequias agere volūtarie p̄mittim⁹:
eiusq; sanctā memoriã in n̄ra matricula amātissime inserem⁹.

Titulus monasterij sancti Sepulchri.

Monasterij Sancti Sepulchri congregatio/ volūtarie adim-
plebit quod petitis.

Titulus ecclesie sancti Martini de petra.

Ecclie nos canonici sc̄ti Martini/ que dicit̄ petra/ gratāter
hanc chartā accipiētes: humiliq; mēte recordationē in n̄ra/ ma-
trricula conscribētes/ religiosi huiusviri Brunonis scilicet/ me-
moriã in die eius anniuersarij facientes.

Titulus Clusini cenobij.

Clusinū collegiū satis humile/ et exiguū/ pro Brunone religio-
nis socio/ insignisq; fidei magistro eximio/ ac suis orationibus
in vita sanctissimi viri patris nostri Benedicti dedito: merens
se fore destitutum tanti viri solatio/ diētim exorabit domi-
num: imponendo fratribus missas. et psalterium/ suum com-
plendo videlicet tricēnarium. Quem etiam inter nomina fra-
trum diligenter habebit impositum: eiusq; festum deuote ce-
lebrabit annuū: vt sibi det requiem michaele precāte perēnem.

In memoriam beati Brunonis

orationū vestrarū clypeo muniri optamus: quibus ascisci inter sanctorū cōsortia/nos et defunctos nostros minime dubitam⁹.

Titulus Segusiensis ecclesie.

¶ Auctoritas sanxit diuina/nec nō aplica habet sentētia: inuicē fratres portare onera: huius ergo auctoritatis dogmate fulcita segusiensis ecclesia nostra humilis et exigua / fundendo preces/dei exorat clemētiam: vt tanti religiosi viri anima/videlicet Brunonis functi/delictorū veniā cōsequat⁹/per hēni dei gratia.

Titulus prepositure Vlcensis.

¶ Nos humiles fratres sancti Laurentij vlcensis ecclesie/ que alio nomine plebs martyrum vocatur: pro tanto viro/ tamq; religioso: pro quo etiam totus orbis terrarum preces incessanter fundere debet: officium cum tricenario/ et deinceps anniuersarium eius/ diuina subministrante gratia persoluemus.

Titulus ecclesie Gratianopolitane.

¶ Gratianopolitana ecclia/ quā dñs Bruno monachus atq; eremita sibi eremū facere/ habitationēq; prius destinauit: q̄nto tunc gauisa est in ei⁹ presentia: eam nimirū existimās perpetuā habere: tanto nunc magis dolet pre ceteris/ sup tanti/ tamq; incōparabilis viri absentia. Quocirca officiū eius cōmemorationis assiduū vsq; tricesimū libēter psoluit. Panē q̄q; et vinū cū ceteris ferculis / que fratres eiusdē cōgregationis interim sumpserunt: eadē p eiusdem viri anima pauperib⁹ largita sunt. Diem vō migrationis sue/ quo animā suā memoratu dignā/ deo reddidit/ in catalogo suorū illustriū virozū ponēs: anniuersariam/ et celebrem se habere indefinēter repromisit. Nos itaq; humili prece vos precamur/ vt nostri sitis memores: quatenus orationum/ precumq; vestrarum possimus fieri participes.

Titulus eremi cartusie ppe Gratianopolim.

¶ Nos quoq; cartusie fratres / pijsimi patris nostri Brunonis/ viri valde clarissimi solatio miserabiliter pre omib⁹ destituti: quid p eius dilecta anima/ et sancta faciam⁹: definire nequimus. Vincunt em̄ merita beneficiorū eius erga nos: quicquid possum⁹/ et valemus. Itaq; sicut p vnico patre/ ac dño nostro/ nunc/ et sine fine orabimus: et qualiscunq; missarum / ceteriq; spiritualis exercitiij consuetudo circa defunctos apud nos tenet: pro illius anima omni tempore tanq; filij persoluemus.

In memoriam beati Brunonis

Titulus fratrum Case dei subtus Lurnil/ lionem prope Gratianopolim et Cartusiam.

CMos fratres et serui seruorum Case dei habitates in cellula
bre Marie: que alio noie dicitur cornelio: et est vicina eremo car-
tusie: p scititate tanti viri / cuius doctrina / et exemplo stirps tanta i chris-
to fructificauit: septem diebus celebrabimus officium / et missas. et da-
bimus panem et vinum cum ceteris ferculis pauperibus: sicut vni ex fratri-
bus nostris. Et memoriam annuversariam eius in catalogo nostro scribemus.

Titulus fratrum sancti Ruffi in Costa sancti Andree.

CMos fratres ex canonicis sancti Ruffi comorantes in quadam cel-
lula sancti Andree / que vulgo costa vocatur: p piissimi anime Bruno-
nis p septem dies continuatos / matutinas / et missas celebrabimus.
Et sicut vni ex nobis p eius anime solatio prebendam dabimus. Et in
catalogo fratrum nostrorum nomen eius scriptum habebimus.

Titulus Athanacensis cenobii Lugduni.

Athanasensis vero ceteris diuino oraculo premonitus / pro
anima religiosi / deoque dilecti Brunonis / generale officium / simul
que preces / et orationes persoluit. et conscriptis cum eo fratribus
obsequia commendationis exhibuit.

Titulus maioris ecclesie Lugdunensis.

Sic mors prudenti parcat / velut insipienti
Prudens Bruno fuit / sed cito morte ruit.
Nempe iacet Bruno tumulo depressus in vno.
Qui quantum potuit / iusticie studuit.
Floruit et vita factus simplex eremita.
Si fuit iste reus: tu sibi parce deus.
Cui dantur frustra pro psalmis carmina pulchra.
Plus prodesset ei / ter miserere mei.

Titulus sancte Marie Blesensis.

Non est defendendum: nec patris morte dolendum.
Non obiit Bruno: qui partem fixit in vno.
Hunc deus excepit. comitem pia turba recepit.

Titulus sancti Petri Elimiacen. cenobii.

Iure dolor poni debet pro morte patroni.
Gaudeat et mater / gaudet vt ipse pater.
Fecimus obsequium: quod chartula iussit agendum.
Et nobis iudem vos faciatis idem.

In memoriam beati Brunonis

Titulus sancti Romani de ecclesia Lugdunensi. archidiaconi.

Domine tibi Bruno qui semper rege sub vno
Sacram seruasti legem: nec eam violasti
Finis adest vite: tristantur ab hoc eremite.
Sunt tibi post fatum summe data gaudia vite.
Non ergo pro te gemitus edant eremite:
Nam mundo viuens loca deserti subiisti:
Nunc celos nactus letaris in agmine christi.

Titulus sancti Vincetij cabilloniensis ecclesie

Cum bene preteritam testetur littera vitam:
Et cum posse mori nulli dematur honori:
Fletus deponi debent pro morte patroni:
Namque deus sedem superam sibi tradidit edem.
Nunc igitur fratres psalmos missasque canentes
Reddamus christo laudes et carmina nostro.
Et prosit cunctis quod nos adolebimus isti.

Titulus sancte Marie Beluensi ecclesie

Fuit ab hac vita Bruno simplex eremita:
Tollitur arce poli terris super astra relictis.
Et sic cum christo mundo requiescit ab isto.
Orans pro cunctis viuētibus et modo functis.

Titulus sancti Anthonij Lonteiensis.

Quicquid habet mundus quicquid vitale vocat:
Si bene discreuit sub mobilitate moratur.
Unde sub incerta mutabilitate tenemur.
Res quoque non stabiles et nos et nostra videmur.
Volutur in fati: voluntur fata diurna
Ipsa quidem titubant quasi commoueant in vna.
Dulcedo mundi res labilis et metuenda.
Et sibi suppositi velut ignis flamma cauenda.
Accipiunt omnes tali dulcedine letum.
Dulcedo pereat que confert fel et acetum.
Recepit hec cunctos sibi grata compe iunctos:
Receptis tandem mercedem donat eandem.
Merces illa quidem datur omnibus exitus idem.
O miser omnis homo quamuis quod decipieris
Lernas: ipse tamen modicum curare videris.
Et probo deceptum telumen cordis habere.

In memoriam beati Brunonis

Obscuratur enim possis ne damna videre.
Nec retinenda tenes: nec vis remouēda mouere.
Heu misere mentes/ metuenda parū metuētes:
Que breuiter curant/ que longo tempore durant.
His nimis intente/ que sunt mutata repente.
Adors timidum nomē/ miserabile prebuit omen.
Venture genti primo male nota parenti.
Adors subit/ et moritur viuens/ nec finis habetur
Certus in hac vita/ Bruno probat hoc eremita.
Bruno ruit: cui sylua domus: cibus herba fuere.
Qui quia mundus erat: mundum cōtēpsit habere.
Sancta parens christi/ que sola deo placuisti:
Concedas vt ei/ data sit sedes requiei.

Idem vt supra.

Bruno dei cultor/ vitiorum nobilis vltor:
Ante dei faciem possideas requiem.

Lector securus quia nunc sospes subiturus
Huic completa tamen debita dicat amen.

Titulus sancti Petri carnotis

Concio syluestris/ lachrymarū parce fluentis:
Pastoris vita fidei cultu redimita.

Notum letandi nobis dat/ non lachrymādi:
Si mundo moritur: paradisi sede potitur.

Perdomuit carnem/ dum celi tendit ad arcem.

Se sociat christo: mundo dum migrat ab isto.

Si qua tamen carnis violauit viscera patris

Culpa/ licet parua: tergat miseratio larga

Eius: quem toto properauit cernere voto.

O miles christi/ qui pugne victor abisti:

Quam bene certasti: quia certando superasti.

Spernen's terrena/ stipendia carpis amena.

Viuis et exultas: et ad aule limina pulsas.

Christe tuo fesso/ quia te petit/ obuius esto.

Dans illi requiem. dans sine fine diem.

Titulus sancti Dionysij Areopagite

prope parhisiū.

Si prosa/ vel versus possent conferre salutem:

Nec prosa/ nec versus tollent tibi bruno salutem:

Nam prosa vel versus de te volat ore dicaci.

198

In memoriam beati Brunonis

Que tibi sic profunt serpentis ab ore minaci.
Si tormentari prohiberent atq; vorari.
Sic prosa vel versus possunt conferre salutem:
Cum strepitu vocis sonet ergo melodia cordis.
Et prosa vel versus quod continet id meditemur.
Quodq; sonat fieri dominū de corde precemur.
Bruno digne pater vte eo salueris ab igne.

Qui non iustorum sed semper erit reproborū:
Et si quid minus est quod nō perfectio donet:
Id tibi donari defectibus et superaddi.
Nostra tuis possit deuotio: si deus audit.
Sed deus audiet et faciet: quia iusta rogamus.
Audiat ergo deus: et det que iusta rogamus.
Et tibi sine carens celestis lux tribuatur.
Et tecum nostris et cunctis hic titulatis.

Titulus Scti Germani epi parrhisiensis.

Mentibus in nostris deberet semper haberi
Lux: in qua reprobi mala tollent: seu bona iusti.
Hanc timuit Bruno: sophie qui verus amator:
Exiit hic veterem mortali carne parētem:
Ipsum de terra Christus deuexit ad astra.
Serue dei Bruno te suscipiat tuus auctor.
Perpetua possis vti requie paradisi.

Hanc habeant omnes nostri cunctiq; fideles.

Titulus sancti Daglorij Parrhisiensis

Occiduis morbis resolutis cur dolet orbis:
Consumpta pena si pace fruatur amena:
Non opus est flendi: quia gaudent luce perenni.
Est homo laudandus: tamē est hac voce iuuandus.
Parce redemptor ei terrene materiei.

Titulus Scti Petri fossatensis cenobij: quo

loco sctus Maur^o bti Bndicti discipul^o corpe quiescit
Anima ei^o in christi noie requiescat in pace. Amen.

Nil profunt anime: versus si fecero mille.

Eos orate tamen pace quiescat amen.

**Titulus sancte Crucis sanctiq; Faro-
nis Meldensis episcopi.**

Cognitus iste satis doctrina erat atq; beatis

In memoriam beati Brunonis

Adoribus et vita bruno sapiens eremita:
Principijs primis/summis/fulgebat et imis.
Post monachus factus/iam celica gaudia nactus:
Ecce iacet bruno tumulo conclusus in vno.
Nam sic tolluntur sapientes:dum moriuntur
In domini castra/pollentia desuper astra.
Nullus miretur:si bruno sanctus habetur:
Hoc meruit vita dici simplex eremita.
At si peccauit:quod necdum forte piavit:
Hoc sibi condonet dominus:celoq; coronet.
Titulus sancti Petri casiacensis cenobij.
Qui pro salute hominum dignat⁹ est fieri homo:
dignetur concedere veniam vestro patrono.
Titulus ecclesie sctę marie carnotensis.
Ecclesie murus bruno fuit haud ruiturus:
Nam bonus/atq; pie mentis fuit/atq; sophie
Doctor erat verus:fleat ipsum plebs bona clerus
Iustus/sincerus/morum grauitate seuerus
Adortuus est bruno/pugnando rege sub vno:
Qui sic pugnavit:ducis hostes q; superavit.
Cuius miles erat qua ppter premia querat/
A duce sanctorum letissima regna polorum.
Et nos mille modis/psalmis oremus/et odis:
Et det christus ei lucem summe requiet:
Nam si promeruit hanc mercedem quis habere:
Nullus brunonem putet hac mercede carere.

Versus Scholares

Quis fuerit bruno momento temporis vno
Nescius:huc veniat discere si cupiat.
Iste fuit iustus/sapiens nimis/atq; venustus:
Sed nulli nocuit discere quod potuit.
Cui pia vota damus: nostruq; patre rogitamus:
Et fugiens rabiem/possideat requiem.
Si bruno vixit/sicut vixisse putatur:
Quiat in eternum/paradisi sede fruatur.
Flos erat hic patrum/solamen/gloria fratrum:
Veri sectator/divine legis amator/
Semita iusticie/fons hic/et origo sophie.

199

In memoriam beati Brunonis.

Lux speculum mundi: rerum sublime cacumen.
Labentum baculus: miserorum dulce leuamen.
Hec mens fracta malis: nec erat nimis alta secundis.
Hic sibi non vixit: sed mundo quem bene rexit.
Non hic sed vita spoliata: flet hoc eremita.
Vita non eguit: qui mundo non sibi vixit.
Et narrem breuiter: quis narret sufficienter:
Quam phebe phebo: quam cetera sydera lune:
Tam totus mundus assit tibi gallice Bruno.

Titulus sancte Margarite cenobij: quod situm est in eremo.

Cum patre sit nato laus: et cum flamine sacro/
Mundum sustentat: celum ditione gubernat.
Angeli cum seraphim: pariterque beata cherubim
Cum ceteris sanctis: iustis simul atque beatis:
Occurrant illi simul exultantes: et leti.
Et tamen cum ipsis: astantibus vndique turmis/
Virtutum thronis: et potestatibus iustis:
Vere beatificent dominum: regem quoque laudent.
Inclyti Brunonis adsint animeque parati.
Abraam mox: isaac: et iacob: iob et helias:
Esai: daniel: dauid: sanctissimus iohel:
Abacuc: abdias: sophonias: et hieremias:
Cum vatum ceteris sistant obtutibus christi.
Supplices: et leti deposcant dono ditari.
Et nos cum ipsis demus pia cantica laudis.
Quamuis indigni mereatur luce beari

Exultat celum: terra gemit: nunc: et resultat.

Titulus sancte Marie noui monasterij.

Quos fratres noui monasterij: sicut postulastis: pro
patre vestro: sancte recordationis viro: domino Brunone:
clementiam domini prompto animo exorabimus.

Titulus sancti Beguini Diuionensis cenobij.

Est quia surgendum: non est de morte dolendum.
Parcere mors nescit: iustus bene morte quiescit.
Mutua vota damus: nostris eademque rogamus.

Titulus sancti Stephani eiusdem.

Qui regit omne quod est: hunc noxa soluat ab omni:
Hunc societ iustis: qui regit omne quod est.

In memoriam beati Brunonis

Que petitis vestris/eadem persoluite nostris:

Obsequia/psalmos/cantica/vota/preces.

Spiritus in celo Brunonis suscipiatur.

Et sit cum christo:dum vixit quem sequebatur.

Impetret et nobis/quod se possimus adire.

Quos cupit hic mundus peccati fece perire.

Titulus sancti petri Besuensis.

Transit ab hac vita Bruno summus eremita.

Quem deflent cuncti sapientes/atq; periti.

Hic sapiens vixit:sapiens et alta migravit.

Jam celum teneat/iam christo sedulus astat:

Pro sibi deuotis securus fratribus orans.

Titulus sancte marie Castellionensis.

Bruno vir hic magn⁹ fuit/ac simplex velut agnus.

Qui mundum cernens vilescere/cunctaq; spernēs.

Vitam mutauit/corpusq; fame maceravit.

Post monachus factus:eremi vastissima nactus.

Hanc linquens sedem/celi conscendit ad edem.

In qua detur ei locus optatus requiei.

Et si quem lesit:vel si quod crimine adhesit.

Hoc condonet ei gratia magna dei.

Titulus Lingonensis ecclesie episcopi.

Robertus Lingonensis eccleie seruus/rogabat eiusdē eccleie canonicos/et sacerdotes/monachos eremitas in episcopatu Lingonensi dño seruiētes:vt orent p̄ anima charissimi magistri sui Brunonis / et eleemosynas pauperib⁹ largiant / memoriamq; obitus sui/in quib⁹ poterit ecclesijs / scriptam obseruari faciet.

Titulus sancte marie Molisinesis ecclesie.

Tempore disposito migrat de corpore Bruno:

Cuius dum vixit/vita deo placuit.

Subueniant illi/quibus est permessa potestas.

Et sit ei requies:et sine fine dies.

¶ Nostris versiculis/qui habitamus molernū/ addentes vobis qui estis Turri:innotescimus q̄ pro domino Brunone patrono vestro: nostro autem familiarissimo / missarum solennia diebus triginta celebrauimus: eius etiam obitus anniuersariū diem in catalogo fratrum nostrorum conscripsimus.

205

In memoriam beati Brunonis

Titulus sancti Michaelis archan-
geli Tornodrensis cenobij.

Mors pia iustorum / ruitur quia regna polorum:

Morte sua sacro sociatus in agmine Bruno

Vivat: et in requie potiatur dona sophie.

Gaudeat hic felix / videat faciem quoq; patris.

Lenere quam christus / faciet sine fine beatos.

Titulus scti Germani antiodorensis.

Mansio Brunonis sit perpes celitus omnis.

Cunq; deo vita fiat ei socia.

Nobis vota dari semper curate precari

Illius meritis sedibus ethereis.

Titulus sancti Stephani mar-
tyris ecclesie Antiodorensis.

Bruno pius pastor / pure pietatis amator:

Bemonis ignitas superavit vbiq; sagittas.

Subiectis largus fuit hic nimis: et sibi parcus.

Factis implebat / quicquid per verba docebat.

Non se prelatum / sed se cupiebat amatum.

Gaudeat in celis: quia vixit corde fidelis.

Titulus sancte marie sanctiq; iohan-
nis confratrum Reomensis cenobij.

Bans bona christe poli famulo da regna brunoni:

Mutanti florem mundi / cunctumq; decorem /

Deserto vili: quod regno charius illi.

Hac fuit in vita / iam cessant plurima scripta:

Debita doctore reddantur vota Brunoni.

Atq; suis cunctis / nostris quoq; reddite functis:

Christi veraces famuli / iustiq; sequaces:

Qui charam fortis eremum colitis modo turris.

Que vos vt vestrum perducet ad astra magistrum.

Notum sit vobis charissim / nos Reomenses fratres / vestri
memoria patroni / in missis / et orationib; triginta egisse diebus:

ipsiusq; nomen cu nroru nominib; fratru / sicut decet scripsisse.

Titu. Lamberti abbatis Pultariensis cenobij.

Ego frater Lambertus / pultariensis monasterij ex necessitate
aplice obediencie seruus / et pcurator exiguus / hui; eximij magri

brunonis / in lralis doctrine scia / a pmordio mee conuersationis de
seculo / i eruditione catholice conuersationis / et ve religionis discipul;

In memoriam beati Brunonis

eiusdē piissimi patris nostri et informatoris memoriā in septenarijs et tricenarijs officijs et anniuersaria die sui obitus cum canticis spiritalib⁹ et pauperū refocillatiōe q̄tannis recolenda. cū cōmissis mihi filijs et fratrib⁹. pcurare. et deuote psequi nō fatigabimur: et quos poterim⁹ ad orandū p eo excitabimus.

Titulus scti petri Aremarēsis cenobij.

Fons et origo boni iesu pius esto Brunoni:
Ne leo tangat ouem: ser bone pastor opem.
Agnus Bruno tuus sit: sit non demonis hedus.
Si meruit penas parce reo bonitas.

Titulus sancti petri Trecozū.

Et titulus dicit mundi tentamina vicit
Bruno vir sapiens: iussa dei faciens.
Spreuit opes multas / sibi nec fuit vlla facultas.
Sed quicquid potuit / fratribus exhibuit.
Fugit ab hac vita monachus / sit et hinc eremita.
Dum sic abstinuit / regna poli meruit.
Sed quia iure pari decet hoc pro fratre precari
Poscimus vt requies / sit tibi queq; dies.

Titulus scti petri insule Germanice.

Mortua mors vtinam / vel carcere clausa fuisses:
Ne tantum mundo / doctorem surripuisses.
Pro quo nos petimus christum fontē bonitatis
Et det Brunoni munus solite pietatis.
Christe patris verbū / regnū concede supernum
Brunoni famulo: qui se tibi pectore puro
Quuens coniunxit / mundanaq; gaudia spreuit.
Nos igitur fratres / eremitica claustra colentes /
Qd nos pro vestris facimus / nunc reddite nostris.
Subtracti leto potiantur quo paradiso.

Titu. scti stephani Catalmiensis ecclie.

Commisit protoplastus homo / cur postera proles.
Patris facta luens / tendat in interitum.
Omnes intereunt / sed non omnes cruciantur.
Mors venit iniustis / vita salusq; bonis.

271

In memoriã beati Brunonis

Hic igitur Bruno / vir sancte religionis /
Adundum contemnens / celica promeruit.
Nos ergo dominum deuota mente precamur.
Et qui iustus erat / iustificetur adhuc.

Titulus sancti petri cenobij de monte.

Nos gessit moriens christus de morte resurgens:
Spes in morte deus: gloria sola deus.
Brunoni requiem tu confer christe perhennem:
Gaudia cum sanctis sint sibi pro meritis.

Titulus sancti Basoli.

Bruno polum subeat: quẽ strenua vita venustat.
Quo merito fidei gloria crescat ei.

Titu. sctę marie Remensis Metropolis.

Hic pater eximius fundator religionis /
Exemplar sese fratribus exhibuit.
Sans illis formam spernendi vilia mundi:
Celestis patrie premia dum sequitur /
Pro cuius culpa non credimus esse gemendum.
Quem iam gaudentem credimus in requie.
Nam si cui sancto requiem bona vita meretur:
Huic quoq; pro meritis summa datur requies.
Qui cum multimode nostra polleret in vrbe:
Solamenq; suis / atq; decus fieret:
Cumq; faueret ei fortuna per omnia: iamq;
Hunc preferremus omnibus / et merito:
Namq; benignus erat: omniq; peritus in arte:
Facundusq; satis / diuitijsq; potens.
Omnia post posuit christo: nudumq; secutus
Christum / cum multis suscipit hunc eremus
Propterea requiem sibi credimus esse paratam:
Si tamen vlla leuis hesit ei macula:
(Nam patet in terris nullum sine labi morari)
Hanc deus abstergat: dando sibi veniam.

Alius titulus eiusdę ecclesie Remensis.

Et seruire ioseph domine contempsit amori:
Et fugit amplexus incestos mente virili:
Sic contempta iacet Bruno tibi gloria mundi.

In memoriam beati Brunonis

Amplecti dum te cuperet: tibi brachia tendens:
Abundas mundus opes: multos obtendit amores.
Tuq; fuga lapsus/pompali veste reiecta/
Amplectens eremum/vestiris sorte beata.
Hunc tantum talem celestibus esse sodalem
Credimus:hunc rogitat fratrum deuotio tota:
Et domino pro se dignetur fundere vota.
Pars tamen interior/si traxerit ab exteriori
Quid sordis:deus hoc pietatis dilue rore.

Titulus alius eiusdem.

Judicis examen venturi Bruno pauescens:
Abundanas contempsit opes/eremumq; petiuit.
Atq; suavis ibi fructus emisit odoris/
Ad christum reuocans/quos gloria vana fefellit.
Nocte/dieq; dei preceptis inuigilabat:
Omnibus exemplar/eremi quos vita decorat:
O q; felici meriti mercede fruuntur:
Qui socij turmis celestibus efficiuntur.
Lucis et inueniunt loca:que sunt nescia pestis:
In quibus eternis celebrantur gaudia festis:
Ad que suspirans hic dissolui cupiebat:
Posset vt in christo sic conregnare beatis.
Beniq; finito certamine carne solutus/
Optatisq; fruens / conscendit ad ethera liber.
Terum si quid ei terrene sortis adhesit:
Quatenus ad tumulum mercedis nil sibi desit.
Pulsemus dominū precibus/quem cuncta verent:
Nulla quod inferni tormenta sibi dominantur.

Item alius titulus eiusdem ecclesie.

Iste vir Elie par/baptisteq; iohanni:
Hic eremi cultor fuit/et bonitatis amator.
Hic abrahe similis/pius extitit/atq; fidelis.
Iste velut petrus/domini mandata secutus:
Omnia contempsit/et christo pauper adhesit.
Abaluit hic christo/pauper q; viuere mūdo
Diues/sicq; dei plene precepta peregit.
Sed quia que mundi sunt mors rapit omnia secum:
Abundo sublatum/iunxit celestibus istum:

In memoriam beati Brunonis

Nos vero domini deposcamus pietatem:
Et tanto patri mundani si quid adhesit:
Pulveris: abstergat deus illud / fons pietatis.

Eiusdem ecclesie titulus alius.

Quem tenerum docuit mater Remensis alumnū.
Propositi tenuisse fidem letata Brunonem:
Adigrantem ad dñm / lachrymis / precibusq; salutat.

Titulus sanctorum martyrum

Sergij et Bachi Andegauensis.

Iusti vel reprobi manet vnica sors moriendi.
Et simul ad finem deducit transitus idem:
Sed iudex operum sedes discernit eorum.
Vir bonus ad requiem transit / peccator ad ignem.

Titulus sancti petri cenobij puellarū.

Vite forma pie / totius acerra sophie:
Bruno pater: vita si transmigravit ab ista:
Ad domini nutum liquet illum carne solutum:
Qui iustum merita voluit donare corona.
Quem licet etheris fidamus inesse choreis:
Haud tamen obsequij deerunt solacia nostri.

Titulus sancti Simphoriani

martyris in vrbe Remensi.

Si quid lugere de morte / iuuetq; dolere:
Tunc nos tristemur: sup hoc quoq; patre fleamus.
Sed qz nec luctus / nec clamor: ad ethera ductus /
Quemq; de morte valet ad vitam reuocare:
Oremus christum pro nobis in cruce fixum:
Celesti vita potiatur vt hic eremita.
Scribim? hec vobis / et idem petimus date nobis.

Titulus ecclesie sancte trinitatis.

Et petitis fratres a nobis: sic faciemus.
Sed Bruno cum christo regnat / sicut reputamus.
Quem cruce prelata sectatus hic est eremita:
Illecebris mundi constanti mente repulsis.

Titulus sancti Dionysij Remensis.

Eunctas liquit opes: cūctos simul orbis honores:
Pro te christe pater: pro celi munere pauper:

In memoriã beati Brunonis

Bruno factus iter: quorũ fuit ante magister.
Quattuor vt fontes ex vna parte meantes/
Quos paradifus habet: mudi per regna fluentes:
Exundant terras: sic hic/ quos imbuit: ornat/
Implet/ et informat/ inflammat/ dirigit/ armat/
Ludit/ et illustrat/ et adhuc regit/ excolit/ aptat.
Syderis instar erat cunctis: quos ipse docebat.
Inter celicolas christi requiescat in aula.

Titulus erimij Remigij Francoꝝ apli.

Ne doleatis oues/ pastores funere flentes:
Nam non est flendus: fuerat cui viuere christus:
Atq; mori lucrum/ superando demonis astum.
Hic pater erimius/ nobis merito venerandus:
Nec solum nobis: sed quos sol flãmeus vrit:
Quem fouet ipse deus: quem iam retinet paradifus
In requie pacis: cur talem queso doletis:
Raptus enim mundo: donatur viuere celo:
Et viuit vere/ studuit quia viuere iuste.
Conregnare tibi deus annue quesumus illi.
Eterna requie dans tecum perpetuari.

Titulus scti Nichasij Remoꝝ archiepi.

Deus fidelium lumẽ et animarũ animã huius vi-
ri catholici/ ab omni soluat vinculo delictorũ.

Titulus sanctorũ martyꝝ

Timothei et Apollinaris.

Huius doctoris fuit hec vis cordis/ et oris:
Ut toto cunctos superaret in orbe magistros.
Sic meditando bonus fuit: atq; loquẽdo disertus.
Huic se tota dedit sapientia/ totaq; sedit
Huius in arcanis diues penitralibus hospes.
Quod dico/ noui: mecum quoq; francia nouit.
Et totus nouit per climata quattuor orbis.
Hec illum docuit res huius spernere mudi:
Et solum fecit perquirere gaudia celi.
Huic si quid sordis de carnis lege cohesit:
(Nam cuncti penitus carnali lege grauamur.)
Omnipotens tollat: qui crimina nostra relaxat:
Impleat atq; sibi votum: quod semper amauit.

In memoriam beati Brunonis

Titu. sancti Bartholomei ap[osto]li in m[on]te O[rb]is

Orbis amarescens claudescit pondere mortis:
 Et trahit ad speciem humane per deua sortis.
 Absergit et exilio propriorum queq[ue] tabescens:
 Unde timescis homo miser hac etate senescens:
 Fonte caribdineo mergeris ad vltima finis.
 Ac cinis in cineres solueris vt vmbra lucernis:
 Est labor eius amor: et inextricabilis error:
 Defectu cuius animam complectitur horror.
 Postq[ue] nudata fuerit de carcere carnis:
 Vel satane ducibus heu circumsepta cateruis.
 Quid metuens animosus in hoc discrimine Bruno:
 Seruitio penetrat eremum certaminis vno.
 Linq[ui]t opes / mundiq[ue] decus / ne gloria pena
 Fiat in interitum / sed currens nectare vena:
 Dulcescat fluctus animi / cordisq[ue] tenorem
 In se constringens / scelerum constringat amorem:
 Per cursus varios operum virtute bonorum /
 Ad mortificando caput mortis cum iure malorum.
 Quapropter meruit consortia celicolarum
 Liber ab hoste stygis: aut rerum tartarearum.
 Et sociatur ei per quem reparabitur orbis /
 Quid longus meta tam purus deniq[ue] morbis /
 Quo requiescat amen misera de morte resurgens /
 Nec ledat serpens feda puriginē turgens.

Titu. sancte marie Laudonensis ecclie.

Bruno decus cleri / decus / et prudentia mundi.
 Dum fuit in terris / florebat acumine mentis:
 Dum fuit inter nos / florebat et in documentis.
 Integritas morum cumulum suppleuit honorum.
 Sed postq[ue] nostra delegit cedere vita:
 Vester collega / vestrisq[ue] locis eremita:
 Deposuit curam penitus totius honoris /
 Amplectens curam christi solius amoris.
 Vos igitur fratres / eremi deserta colentes /
 Fallacem mundum sic iam superasse videntes
 Egregium patrem: ne triste feratis obisse.
 Quem nos regna poli / diuina putamus adisse.

In memoriã beati Brunonis

Cum sit celicola/potuit quid maius habere?
Dum fuit in terris hec illi vota fuere.

Alius titulus eiusdem.

Gaudens doctore quem Francia Bruno recepit:
Clauderis in terra calabrinus nunc eremita.

Quod clamant omnes/vt tibi sit requies.

Ordo monialiũ titu. scti Iohannis bap.

Bruno laudaris: tua vita decens renouatur
Versibus: et scriptis/nec quanta fuit memoratur.
Ipse pius/simplex/plenus deitatis amore:
Impiger/et mundus fuit omni dignus honore.
Vixit adhuc Bruno/sibi traditur a patre vita.
Clericus ipse fuit/sit monachus/hinc eremita.
Nunc iacet exangue corpus/tamen hoc veneratur.
Vixit adhuc Bruno:cuius flatus gratulatur.
Ipse fatigatus per tempora/necq; reatus:
Nunc sibi concedat deus:vt semper requiescat.

Titulus scti Nicolai de saltu Vedocij.

Haud doleat quisq; morti succumbere quemq;
Cum viuat potius:qui corporis enecat estus.
Hic in perpetuum ius mortis vitat acerbum.
Et tibi det iugem cum sanctis Bruno quietem.

Titulus beate marie Noniandi.

Egregius Bruno non est laudandus in vno.
Qui docuit clerum:pater extitit/et monachorum.
Atq; deo charus per claros splenduit actus.
Omnibus hic nobis sit semper comemorandus.
Ipsius vt flatum capiat deus immaculatum.
Missis et psalmis societur ciuibus almis.

Alius eiusdem.

Dum vixit Bruno:monuit/secitq; monendo:
Et nobis mundus vilescat/ne pereamus.
Abundus habet fraudes/istis coniungit et artes.
Beniq; mellitis incautos vulnerat armis.
Mellificatq; dolos:vt sic perdat male cautos.
Nostro Brunoni nunq; potuit dominari.
Ne dominetur ei:nudus deserta petiuit.

214

In memoriam beati Brunonis

Manſit et in pace/par vt ſibi longa maneret.

Titulus eccleſie Sueſſionenſis.

Sueſſorū mater eccleſia/fratrib⁹ dilectiſſimis / et deo charis
coſiſtentibus in eremo/que dicitur Turris: cōuerſationē ſupernā
habere ſemper per chriſtum. Piſſimi/ac deo dilecti patris: vere
venerabilis Brunonis cognito ſancto/ac glorioſo deceſſu: dul
citer ſuper tali/tantoq; viro commoti fuimus. Officium autem
eius ſelici anime/ fidelū more impēdimus. Et ad eius beatam
memoriam anniuerſarie recolendam diem / quo carnis carcere
egreſſus eſt/ quomodo a vobis denunciata accepimus: ſan
ctam eius reſolutionem/ in noſtra matricula ſcripſimus. Oran
tes/ et deprecantes: vt eius ſanctiſſimis/ veſtrisq; precibus ad
iuuemur/ tam viui/ q̄ defuncti. Amen.

Titulus ſanctorum Medardi et Se

baſtiani Sueſſionenſis cenobij.

Plebs pia Medardi regalis et inclyta ſancti:
Flentibus/ et meſtis ſolamina grata ſalutis:
Qui gemitis functum: functi deponite luctum.
Nil iuuat extinctum deſſere/ dolere ſepultum.
Sed potius vota proſint/ libamina ſancta.
Hec tribuantur ei/ quicunq; pericula mortis
Pertinet / horreſcit/ pereuntibus omnibus orbis.
Continuis precibus ſuccurrat/ et auxilietur.
Dum petit/ et rogitat: pro ſe quoq; quiſq; laborat.
Cum moyſes orat: ſuperat plebs iſraelita.
Dum ceſſat votis: cadit illico/ vincit et hoſtis.
Nos ſimul oremus/ nec ceſſet ſpiritus vllus.
Vota iuuant hominē: dum viuut/ et exit ad horam.
Que perimit vitam: tulit improba mors eremitam.
Que nocet/ et ledit iuſtum/ ſatis impia ledit.
Hec tam crudelis necat inſatiata caribdis/
Quos fouet omniparēs nullum miſerata dolores.
Saluet ab hac hominē/ qui pertulit in cruce mortē.
Et vitam tribuat: quam non proſerpina rumpat.

Titulus ſancte marie Bleſenſis eccleſie.

Bruno vir egregie probitatis: gemma ſophie:
Cuius honeſtatis ſit preſens carthula teſtis:

In memoriã beati Brunonis

Pacis habet fidem / celi translatus ad edem.
Ergo laudemus dominum / veneremur / amemus.
Per quem seruatorum decoratur vita suorum.

Alius titulus eiusdem.

Asus eras eremo / liquisti terrea Bruno:
Hec mors morte tua tonuit / penitus tua iura.
Solvitur in cineres corpus / sis celicus heres.

Titu. sancti Krileffi Blesensis ecclesie.

Contrahit omnis homo / primi discrimina facti:
Et cuncte vitium nocet eue posteritati.
Exercens igitur studium mors impietatis:
Aggreditur / soluitq; virum tante probitatis.

Titulus sancte marie Bernaci.

Doctor doctorum fuit / exemplarq; bonorum:
Nostris temporibus Bruno vir eximius:
Esseq; penalis culpe nil credimus illi:
Ipse deum nobis conciliet meritis.

Titulus sancte crucis Aurelianensis.

Summũ Bruno decus / et gloria temporis huius:
Carne iaces / sed parte manes meliore superstes.
Et iusti recipis nunc premia grata laboris.
Preclaris merito doctoribus associatus.
Quiens in christo / nostri vir sancte memento /
Doctrinẽq; tue / que toto fulget in orbe:
Christo funde preces / mereamur vt esse sequaces
Quiq; deum pro te fraterno more rogamus:
Bruno tuis semper precibus vir sancte iuuenur.

¶ Vos q; sanctissimi fratres / q; tantũ ac talem patronũ ad celos
premisistis / omni humane cõpassiõis dolore postposito: gaude-
te et exultate in dño: dignosq; tanto p̃re vos fuisse morib; osten-
dite: vt ipso p nobis intercedẽte / dignes vobis dñs / si nõ scien-
tia parẽ: honesta saltẽ vita cõsimilẽ patrẽ providere. Valete.

Titu. abbatis scti iohãnis Suesionẽsis cenobij.

¶ Dilectis in christo et deo dignis fratrib; calabrie / reuerẽdis
eremitis / in monasterio sctẽ dei genitricis / semp vginis marie /
deo famulantib;: petrus sancti iohannis Suesionẽsis canoni-
corum regulariũ humilis abbas / totaq; fratrũ / cũ eo degens / et

In memoriam beati Brunonis

deo seruiens cōgregatio/bñ incepisse/melius psenerare/feliciter
cōsummare. Audito btō sine sc̄i p̄ris v̄ri/ et maḡri mei Bruno
nis/ a cuius ore sane doctrine fluenta plerūq; haurire cōtigat: et
si opere nō cōpleui: de absentia vehementer tristamur/ carnales
euasisse angustias: et requiē adeptū esse: et cū deo viuere: prout
coniecturā de mundicia/ et p̄fectione transacte vite/ nobis satis
note/ facere possum⁹/ vehemētius cōgaudemus. Eius ergo me
moriā/ tum qz magister noster fuit: tum qz precib⁹ ei⁹/ et vestris
cōfidim⁹: tanto apud deum efficaciorib⁹/ q̄nto sanctorib⁹/ hoc
modo habituros promittim⁹/ triginta dieb⁹/ missas/ et vigiliās
p̄ remedio ei⁹: v̄zorūq; fratrum defunctorū celebrantes. In libro
autē vbi nomina fratrum nostrorū defunctorū scripta sunt/ nomē
eius cōscribem⁹. Annūersariū depositionis eius diem/ debita
veneratione/ deo volente celebrabimus. Et omniū beneficiorū
que apud nos fiunt/ et in locis/ que ad nos pertinent: eum par
ticipem desyderamus: et vos participes suscipimus.

Titu. sc̄i Simphoriani martyris Beluacensis.

Abbatem sanctum/ narrant hunc scripta fuisse:
Commissumq; gregem virtutis iter docuisse.
Ergo si vixit/ rotulus testatur vt iste:
Te sibi perpetuam requiem petimus dare christe.

Titulus sancti Quintini Beluacensis.

Humilis congregatio sancti Quintini beluacensis/ sperans
patrociniū reuerendi patris sui Brunonis apud deum se adiu
uari/ obediēter ei tricesimū ascribit. Et cum fratribus suis me
moriā ipsius/ vestrumq; omnium amodo tenebit.
Raptus ab hac vita christum sitiens eremita:
Ne mala mutarent sanctam presentia vitam:
Quicquid proposuit viuens/ moriendo probauit:
Proderit ecclesie fidei vestigia nosse.
Quidā frater de prefata ecclesia Hauberius noīe/ sancte re
cordationis viro/ quē multū diligebat: et solū nostris tēporib⁹
mundo renūciasse predicabat/ tricesimū faciet: et q̄diu vixerit/
inter familiares suos in memoria diligenter habebit.

Titu. sc̄i Luciani Beluagorū apli et martyris.

Bux eremitarum: lux corruit ecclesiarum.

In memoriã beati Brunonis

Hunc eremus plorat quem quisq; fidelis honorat:
Est etenim dignus: quoniam fuit ipse benignus:
Nam mundum spreuit/ mundanaq; cuncta reliquit/
Exercens vitam: de se faciens eremitam.
Verus in ethereis eremita sit ipse choreis:
Vivens cum nostris hic fratribus articulis.

Titulus sancti Fusciani de sylua.

Bruno vir excellens/ probus/ et vitiosa repellens:
Discipulus christi vita testante fuisti/
Vita/ quies/ sine nocte dies/ reparatio mira:
Ipso dante tibi pateant ad gaudia vera.

Titulus sancti petri Lorbeie.

Diuitias Bruno mundanas postposuisti:
Exemploq; tuo postponendas docuisti.
Et loca deserti pro rege poli coluisti.
Dulcibus alloquijs multorum corda rigasti:
Talibus extemplo factis/ extas imitator
Sanctorum patrum: qui doctrinis viguerunt.
Illic insidias hostis per tempora multa
Passus: mansisti/ cuius fraudes superasti.
Nunc tamen in christo complesti sine beato
Mortalis vite cursus/ et gaudia vite
Perpetue defunctus habes/ hec est tua merces.

Titulus montis sancti Quintini

martyris Germanensis pagi.
Dum moritur Bruno/ moritur qd traxit ab vno.
Stat meritum cuius: quia vivit spiritus eius
Vita beatorum/ spes/ atq; corona piorum/
Ipsum sydereis societ super astra choreis.

Titulus scti petri Lebnensis ecclesie.

Mortuus hic vivit: quia spretis omnibus iuit
Cũ cruce post christum/ dũ mundũ linqueret istum.
Hic nullum lesit/ domino quia semper adhesit.
Hinc vitans penas/ sedes sortitur amenas.
Ad quas altitonans/ iustis pia premia donans:
Ad conuiuendum nobis donet veniendum.

In memoriam beati Brunonis

Titulus sancti Fursei Perone.

Hic vir virtutis virtutibus inde secutis/
 Per meriti florem capiat sine fine decorem.
 Ipse deus/quo queq; reguntur:et omnia constat:
 Bruno tuo donet gaudia spiritui.
 Terra licet tua membra tegat carnalia vilis:
 Spiritus in celi transeat alta tuus.
 Bruno pius pastor/vitam ducens eremite:
 Attribuente deo mereatur gaudia vite.

Titulus sc̄te Marie Alrenēsis ecclesie.

Sancte bruno/venerāde pater/venerāda ppago:
 Felica iussa tenens:viuas celestis imago.

Titulus sc̄ti Petri Hurcurteñ.ecclesie.

Declinare mori nescit sapientia mundi.
 Nec rem cum voce declinat sexus vterq;
 Ast ego ni fallar/Bruno declinat vtrūq;
 Sed ruit in libra:merito quia fors fuit equa.
 Pura fuit vita:sapiens fuit hic eremita.
 Appensus libze/discrimen nesciat ire.

Notificam⁹ igit vobis fr̄es charissimi/put flagitastis. Nos
 huic ecclie catholice filio/ tricēnariū et āniuersariū diē: et in ca-
 talogo fratrū nostrorū inscriptiōe deuote conscripsisse.

Titulus sancti Saluatoris Aquiciensis cenobij.

Ego Aimericus/ hui⁹ p̄titulati cenobij abbas:anime incly-
 ti et famosi magistri Brunonis/precibus licz exiguis/eternam
 ab eterno et pio saluatore/requiem implozo. Et diem obit⁹ ip-
 sius Brunonis in Calendario notau.

Titulus cenobij Marcemensis.

Excessit tandem defuncto corpore/pridem
 Excedens animo/famosus carmine Bruno:
 Qui tulit exilium viuens in corpore mundum.
 Hinc se submouit eremita bonus latitauit:
 Sed bene sic latitat:operum dum luce coruscat.
 Belectatur ibi cernende spe deitatis:
 Qua nunc perpetuo celis fruitur penetratis.

In memoriam beati Brunonis

Titu. scti Amandi Elnouensis ecclesie.

Hic quia dum vixit mentis consedit in arce:
Huic quoq; displicuit quicquid sit demonis arte.
Post mortem carnis / celesti conditur vrbe.
Sedes pro meritis datur huic que digna sophie.
Cui viuens studuit non ficto cordis amore.
Hinc pro morte patris luctus omittat ouile.
Orbatum quis sit multe lucis honore.
Gaudeat at merito / sicut gaudet pater ipse.
Quod facimus vestris: eadem nostris facitote.

Titulus sancti petri Illensis ecclesie.

Vera fides christi laxat peccamina mundi:
Cuius facta caro ligno crucis hostia patri.
Quod qui corde bono credens votis imitatur:
Ipsius vite consortia leta meretur.
Cuius Bruno pater conciuus vt efficiatur:
Iudicis ad thronum deuotio digna feratur:
Prosit defunctis oratio mutua nostris.

Titu. sancte marie Decinensis ecclesie.

Commemorande pater Bruno / christi pia mater
Dignetur natum pro nobis in cruce passum
Poscere: celestis donet tibi premia regni.
Quo tecum fratres nostri sint / atq; sorores.

Titu. sctę marie Formosellensis eccle.

Frustra conquerimur / iustus si morte sopitur.
Omnibus vna via proueniens varia.
Tristia damnatis: dat gaudia plena beatis.
Ergo beatus erit / qui bene transierit:
Felix hic Bruno / cui consonat ore sub vno
Laus modulata pijs / comptaq; tot studijs.
Nosq; precamur ei lumen lucere diei:
Qui non temporibus concidit: aut vicibus.
Nos quoq; pro nostris oretis commemoratis.
Sic sic concludo breuiter celeberrime Bruno.
Cui famularis christo sine fine fruaris.

In memoriam beati Brunonis

Titu. scti donatiani Brugensis ecclie.

Hic cultor veri dum vixit gloria cleri:
Carne resolutus/habeat nunc gaudia tutus.
Que petitis vestris/fratres impendite nostris.
Et qui lector ades:dic sit et requies.

Titu. sancti nicolai Meltensis ecclesie.

Mors breue nomē habet/sed nomine dura sub ipso
Sors latet:et sors que non breue ius habeat/
Calcet opes:et sceptrā quatit/cathedrasq; supinat:
Nemoq; nouit vbi/quando/vel vnde venit.
Sensus/honor/meritū/species/vīs/res/gen⁹/etas:
Omnia vanescunt mortis in articulo.
Hec cum cuncta forent tibi Bruno/pridie nonas
Octobris:tamen es mortuus ipse modo.
Magne pater/qui cuncta potes:cui competit vni
Interiora viri cernere funditus:et
Parcere peccatis:dare post obitum medicinam.
Parce viro tanti/sisq; medela sibi.

Titulus sancti petri Pictauis.

Sunt dure sortis/nigre spectacula mortis/
Illius exors et fortune libera mors est.
Lunctorum cladem trutina que librat eadem.
Sicut priuato/sic parcit nobilitato:
Angustosq; lares vacuat/sicut populares.
Nā iuuenis/flores/decus/et decor/res/et honores:
Preter diuina/sunt omnia sub libitina.
Hunc obijisse virum/non ergo sit hoc tibi mirum.
Sed qualis fuerit/si forte rudis mihi querit:
Soluat/et euoluat cartham/rursusq; reuoluat.

Titulus sancte marie Pictauis.

Viuis/et in celis gaudes eremita fidelis:
Quem felix esse sequitur/fugit omne necesse.
O patrē sanctū:pro quo scelus est dare planctum:
Cuius gaudere nequit vlla lues abolere.
Vivere cui deus est:cui lux/cui vera salus est.
Euge dei verna frueris mercede superna.
Accipis inuentum modico sudore talentum.

In memoriã beati Brunonis

Quod prudens domino soluisti fenore bino.
Pro meritis tantis tibi clamant verba tonantis:
Utere serue bone mecum summa regione.

Titulus sancti hilaris Pictauis.

Brunonis vite seriem spectent eremite.
Adundum florentem mundanos decipientem/
Qui dum conspiceret sed mundi labe careret:
Dum sibi vilescit: dum fetida gaudia nescit:
Inherens christo: seculo discessit ab isto.
Hac caruit vita Bruno felix eremita:
Est dominũ nactus: cum dictis consonet actus:
Non igitur flemus quem sic migrasse videmus.

Alius titulus eiusdem ecclesie.

Hoc dum vixisti mundo: vestigia christi.
Pluribus exutus vitijs es Bruno secutus.
Ergo tibi christus prestabat regna polorum.
In quibus exultat letissima turba bonorum.

Titu. sc̃te radegundis regine Pictauis:

Rex immense deus / qui verbo cuncta creasti:
Qui sanctis requiem celestia regna parasti:
Quicquid tuos ducis ad celica gaudia lucis:
Fac hunc gaudere cum sanctis sede polorum.
Qua gaudet vere cetus sine fine bonorum.

Titulus sancte marie sanctiqz

Eypriani martyris.

Omnis imago boni sis clemens christe Brunoni.
Hic eremita fuit / vnde tibi placuit:
Que post oblitus cupiens hoc visere littus:
Te non per speciem / sed videt ad faciem.

Titu. sc̃ti iohãnis enãgeliste Pictaueni.

Gallia festiuas postponens carminis odas:
Hunc lugubres cantus / et mestus excipe planctus:
Namqz tuus doctor / quondam per celica ductor:
Bruno pius moritur / flos feni subtumulatur.
Hinc est / quod doleas: sed viuit pone querelas.
Utere pro meritis iustis sonatur in astris.
Cum quo sint nobis tibi nec non gaudia lucis.

In memoriam beati Brunonis

Titulus sancti Petri Vrsionensis cenobii.

Turrinis monachis sit par per secula cunctis.
Cum phœbus radios per cosmum tendere fuluos
Inciperet: baiulus vester pro funere patris
Deflens huc venit: quem mors inimica peremit:
Eius nos pro anima celebravimus ordine vota:
Et mos ecclesie sancte cognoscitur esse.
Ipsi usque animam christo commisimus almam:
Nam donec vixit: domino seruire cupiuit:
Moribus instructus: divino lumine fultus.
Fratribus atque deo mansit dilectus in euo.

Titulus sancti Martini pleni pedis.

Quoniam nullus suarum virtutum precium remitte
ge huius exitialis vite naufragium inevitabile quoque
modo potest evadere: celestisque immarcescibile premium
obtinere: quod catholicam decet religionem: fratres ex-
poscitis. Et igitur eius vestrisque precibus nostrum rubi-
ginem criminum saluberrima decocta purgemur: vestri
patris diem recolimus anniuersariam.

Titulus sancti Marimini Sicilianensis cenobii.

Doctus psalmista clarissimus atque sophista:
Gallia quem mire sua deberet sepelire:
Et fertur calabris nunc Bruno sepultus in agris:
Hac functus vita sub temporibus stabilita:
Transseat ad vitam sine temporibus stabilitam.

Alius titulus eiusdem.

Bruno consurgat regi: qui crimina purgat
Sanctorum christo: cui mundo vixit in isto:
Excessit vita monachus sapiens eremita:
Hinc clerus tristis moneatur versibus istis:
Premia donantem dominum rogitare tonante:
Et det ei requiem plebs pia dicat amen.

Titulus sancte Marie Parrhisiorum.

O vos mundani quire gaudetis inani:
Spernite culturam carnis subito perituram.

In memoriam beati Brunonis

Corpus enim vastum varia pinguedine pastum/
Quo magis impletur: putidum magis efficietur.
Cur impinguatur caro: qua vermis satiatur?
Cur adeo cupimus bona: que retinere nequim?
Quos male seducit mundus: per deuita ducit.
Et sectatores carnis fallit per honores.
Blandaq; pretendit: dum nobis retia tendit.
Est et in hoc mundo mundanis sollicitudo:
Penaq; lucratur penam/ caro bis cruciatur.
Qui lucra sectantur: subita nece precipitantur.
Et subeunt antrum carnes/ animeq; barathrum.
Hec satis attente pertractans Bruno repente:
Ille magistrorum decus: informatio morum:
Remigium turbe/remensis maior in vrbe:
Mundum despexit. iter ad celestia flexit.
Uilibus indutus pannis/ te chrisite secutus.
Huic igitur celi pateant/populoq; fideli:
Cum quo letatur Bruno semper sociatur.

Titulus sancti Petri Resbacensis

Temporibus nostris finis dum proximat orbis:
Exstitit in mundo proximus iste deo.
Nam dives fuerat: mores sapienter agebat:
Contempsit cuncta: post pauper et est eremita
Factus pro domino: qui solus regnat in alto.
Iste viam carnis tenuit: per secula felix
Sit pietate dei qui secula morte redemit.

Titulus sancti Petri Latunacensis.

Arboze de quadam fructum gustauerat adam:
Arboze post de qua fors imminet omnibus equa.
Si non peccasset: genus humanum recreasset.
Sed quia peccauit: morti mala cuncta parauit.
Ergo dolor/luctus lachrymarum fundite fluctus:
Quod mors sic mordet/seuit/ruit: omnia sorbet.
Hac ruit omnis homo p gustato male pomo.
Hic valet: et viuit: mox terre membra reponit.
Sic caro flos feni/ sit fenum gloria mundi.
Dum iuuenum flores marcescunt/atq; decores:

In memoriam beati Brunonis

Cum paruo magnus: cum iusto transit iniquus:
 Hoc pbat ois homo: sed homo qđ cōprobat ois:
 Intulit ipse pater: sed quod pater intulit ipse:
 Expulit ipse deus: sed quod deus expulit ipse:
 Mobile fecit opus: sed opus quod nobile fecit:
 Sentit origo sequēs: sed et hoc quod sentit origo:
 Sensit et hic Bruno: quoniā Bruno sentit et iste.
 Vivit in eternum: non ergo fleamus ob ipsum.
 Si qua tamen gessit: domino que non placuere:
 Os/mens/lingua/deum non deneget ista rogare:
 O theos/alpha boni: da celica regna Brunoni.

Titulus sancti Petri Neocastrensis.

Hac vixit vita dum felix hic eremita:
 Dicitur Bruno bonus/noster per cuncta patron⁹:
 Quo vixit pago: viuens permansit imago
 Vere iusticie/doctrine/philosophie/
 Exemplum cunctis/qui dans ratione potitis:
 Struxit structurā: quam nouit non ruituram.
 Etheream sedem/ per secula cuncta manentē:
 In summis celis/vbi gaudet Bruno fidelis.
 Cuius mirantes vitam/mores imitantes:
 Omnes oremus/prece qualicūq; valemus:
 Hic vt tam dignus/tam verax/tamq; benignus/
 Pro nobis toto fundens oracula voto:
 Quo gaudet letus celesti culmine fretus:
 Nos congaudere faciat/secumq; manere.

Titulus sancte trinitatis Falesie.

Tanti doctoris fuerat de morte dolendum:
 Omnibus atq; bonis noctesq; diesq; gemendū:
 Si possent luctus hominem reuocare sepultum:
 Et lachryme fructus facerent: non plangere stultū.
 Sed quia missarum lachrymis suffragia prestant:
 Atq; preces hominem iuste super ethera gestant:
 Hymnis/et psalmis/precibus grex ergo fidelis
 Christi poscat opem/missis omīno querelis.
 Et faciat celis animam residere Brunonis:
 Ne populetur ouem/conseruet ab ore predonis.

In memoriam beati Brunonis

Titulus sancti Seruasij

eiusdem loci castri.

Gallia multorum mater/nutrixque viorum:

Isti quando pares es habitura mares:

Iste tuus quondam doctrine prebuit vnam

Sentibus et cleris. heu bona fama peris.

Francigene gentis nil confert littera sentis

Hoc obeunte quidem: nunc habes inde fidem.

Istius fossa calaber tumulus tegit ossa.

Vivere prestat ei gratia magna dei.

Titulus sancte Marie Tornacensis.

Quem genuisse colonia: francia vult aluisse:

Gloria Bruno pater genti communis utriusque:

Ascensu facili sociatur ad agmina celi.

Quorum civis erat etiam dum vita manebat.

Non tamen hinc frustra comes est oratio iusta.

Conferat hoc dominus meritis quod defuit eius.

Titulus sancti Petri Blandinensis. cenobij.

Est commune mori mors nulli parcat honori.

Mors est vita pijs: pena diurna malis.

Ibimus absque mora: sed qua nescimus in hora.

Est quia vita brevis: fluxa caduca leuis.

Ecce satis scimus quod non euadere quimus

Et quis erit finis: vermis et inde cinis.

Dum vixit vita nituit satis hic eremita.

Mortuus ipse tamen pace quiescat amen.

Titulus sancti Leodegarii martyris

Poscitis auxilium: prebeat quod christus in euum.

Brunoni petimus migranti corpore summus:

Quatenus optati concedat munera regni.

Titulus sancti Bauonis in Sandauro.

In verbis quantum nobis sit magna facultas:

Non pro posse tamen sit prodere verba voluntas.

Sed stentes breuiter dicamus: summe magister

Brunoni charo tibi rex in carne fideli

Cui super omne bonum placuerunt gaudia celi:

Illud des esse: quod nusquam nouit abesse.

In memoriam beati Brunonis
Titulus sancte Marie conatrensis
ecclesie in Anglia.

Hunc pietate sua rex christus in arce polorum
Collocet: atq; frui requie concedat eorum.

Titul⁹ sancti Andomari episcopi.

Exemplum miseris mortalibus esse solebas:
Ut colerent christum: quem semp Bruno colebas.
Pro quo diuitias spreuisti totius orbis.
Et tibi perpetuas daret auctor totius orbis.
Ergo vera fides quam tu semper coluisti:
Tetrahat ad christi requiem: qua Bruno petisti.

Titulus sancti Pauli apli Lundoniē.

Tanti fama viri diffusa sub vltima mudi/
Excitat ardentem in digna pcamina mentes.
Et licet vt quimus complere petita velimus:
Vota probatorum passim pmissa virozum/
Nos p posse monet: dominū memorare Brunonē.
Becessumq; sui missis celebrare quotānis.

Archidiaconi Rengerius / Qualter⁹ / Quintilia-
nus / Robertus / Durandusq; scholasticus / Theo-
baldus / Arturus / ceteriq; oēs canonici ecclesie san-
cti Pauli Lundoniensis salutamus: fraternaq; dile-
ctioe impertimus Eremitas ecclesie sancte dei geni-
tricis Marie turris calabrie. Concedimusq; vt pe-
tistis anniuersarium fieri singulis annis reueredo
magistro domino Brunoni seruo dei: cunctisq; fra-
tribus cenobij vestri: pridie nonas octobris / id con-
cessimus publico cōsensu fratrum nostrorum. Nomēq;
eius nominibus fratrum nostrorum ascripsimus in me-
moriam predicte cōmemoratiois.

Titulus sancti Petri Cassellenē. ecclesie

Brunonis vermes carnem pascuntur inermes.
Proh dolor immēsi vas sensus / et bonitatis.
Non tamen est inde quod desleo. nam mihi cōstat
illum sanctorum conciuem / sed quia cetus
Ipsius meret: priuatus patre benigno.

In memoriam beati Brunonis

Titu. sancte marie Attrebatensis sedis.

Lux eterna deus preterq̄ nil valet esse:

Qui nobis voluit nasci de semine iesse:

Participem faciat te Bruno sue bonitatis:

Qui fons multifluus est mirifice pietatis.

Alius titulus eiusdem.

Recte Bruno vie/dux et fons philosophie:

Non aliter docuit vivere/quam studuit:

Bum bene viuendo fecit/quodcumq; loquendo:

Vir bonus ostendit/celitus emicuit.

Unde sibi merces donetur gloria perpes:

Ac diuturna quies/et sine nocte dies.

Titulus patris Vedasti eiusdem ciuita-

tis episcopi nobiliaci cenobij Scole.

Ploret vita/breui series quod transeat eui:

Transit enim quicquid iam presens cernitur esse.

Sic decet: idq; petit quod habet natura necesse.

Gloria stat rerum/perit hec in tempore finis:

Nil habet eternum/nisi sint imitamina veri.

Ergo quisquis homo vult prudens esse videri.

Diligat hec tantum/que sunt sibi dona salutis:

Si bene stant cure/bona lucis amando future.

Non procuret ea/que sic fugiunt/velut aura.

Quicquid habet mundus/est quedā captio mētis.

Et seducat eam semper vigil ars inimici.

Ille leo rugiens/querens/quem deuoret hostis:

Nunq; dormitat/nec prestat membra quieti.

Irrequieta manet omnis sua cura per horas.

Hec habet occasum furor hic/nec sacra voluntas.

Uderogo caueas homo:ne tenearis ab illo.

Abente sed intentus superis/et sensibus: omne

Impendas studium/vero quo functus honore/

Diuino semper/puroq; fruaris amore.

Deperit omne quod est/sapiens simul/insipientesq;

Pauper/inops/diues/quos vilis contegit vna:

Lege necis sumpta/sic fiunt puluis/et ossa.

Iustus obit/moritur aliquo fit crimine lesus.

In memoriam beati Brunonis.

Nec caret macula communi lege creatus.
Cedit enim sorti nimirum: quam pater adam
Per matrem meruit: quam littera nominat euan.
Mens mea dum querit sup his/ per plura vagat:
Ampla nimis ratio per mentem multiplicatur.
Clare pater Bruno peto fit tibi vita perhennis:
Sicat amen quisquis mibi respondendo fidelis.

Alius titulus eiusdem.

Lumen et ordo vie/ducentis ad alta sophie:
Occidit hinc cedens nature Bruno recedens:
Par pecudis brute tibi Bruno magister acute/
Eiluit hic flore mundus: steriliq; decoze:
Flos fuit in feno vigit sub sole sereno:
Dum tua cantaret: studio dum musa vacaret:
Dum modo lactaret remos: modo pane cibaret.
Hinc tamen abiectis opibus/ studijsq; reiectis:
Clausus in obscuro frueris libamine duro.
Nilq; sequens Bruno varium/ fundatus in vno:
Sic pater o Bruno capis vnum captus ab vno.

Titu. sancte marie Dorliuensis eccle.

Floruit in mūdo vir prudens/ ore profundo.
Utilis est forma fors eius: et vltima norma.
Sciuit enim vere mundum non posse manere.
Calcavit flores/ eius contempsit honores.
Hunc requies sibi sit: quoniam sacra pagina dixit.
Non est damnosa mors iusti/ sed preciosa.
Bruno hierusalem conscendit spirituaalem.

**Titulus sancti Petri et sancti Au-
gustini Anglorum apostoli.**

Bruno pia vita/ celo viuas eremita.
Reddidimus vestris / reddantur debita nostris.

Titulus Edmundi regis et martyris.

Transit ab hac vita Bruno pater ac eremita
Transseat in requiem spiritus eius Amen.

Alius eiusdem titulus.

Annuat huic dominus Brunoni gaudia verus.
Agmina sanctorum/ qui continet alta piorum.

In memoriã beati Brunonis
Titulus sancte marie Spalinge

ecclesie sancti nicolai Andegavis.

In mundo rutilat solis iubar/et rutilando
Transit:et excedit sidera clara poli.
Sic et Brunonis sapientia tanta refulsit
Inter francorum sidera:solus vt hic
Esset cunctorum flos:et fons philosophorum:
Flos speciosus erat/fonsq; profundus erat.
Ex hoc manauit sapientia tanta per orbem
Et quos imbueret/philosophos faceret.
Splendor sermonis fuit:et lux religionis.
Eius religio scitur vbiq; satis.
Eius doctrina sunt facti tot sapientes.
Quos mea mens nescit:et mea penna tacet.
Eius in exemplo sunt multi religiosi.
Et sectatores/discipuliq; crucis.
Ipse crucem christi tulit/et sua cuncta reliquit.
Seq; negando sibi profuit ipse sibi
Diues famosus/facundus/et generosus/
In mundo nituit/sed sibi displicuit.
Mundus/et ipsius res/et mundana potestas/
Non sibi chara fuit/omnibus abstinuit:
Nullus amor/vel honor/nocere deum sitiendi.
Sed querendo deum/fugit in exilium.
Exul erat patrie/loca/presidiumq; marie
Obtinuit/cuius filius ipse fuit.
Felix exul erat:quem virgo maria recepit.
Hec sibi refugium prestat/et auxilium.
Fiat ei portus:cuius fuit integer ortus.
Filius eternus sit tibi certa salus.

CReligiosis fratribus in loco (qui turris appellat) deo deuote famulantibus Lambertus abbas:et tota cõgregatio sancti nicolai salutẽ et dilectionẽ. Dolori vestro:et desolationi charitatis visceribus compatiens:dñõq; Brunoni ex hoc mundo ad patrẽ: vt credim⁹ transeunti congaudentes:et triumphalis funeris debitum exoluentes:iustis petitiõibus vris:et desyderijs satis facim⁹:annuẽtes:vt illius

In memoriã beati Brunonis

depositio in martyrologio nominib⁹ fratrum nostro-
rum interscribat. et perpetua memoria recolat.

Titu. sancte Marie ecclie lincolniensis

Transisti mundo securus maxime Bruno.

Quem quia spreuisti: nil nocuisse puto.

Te voluit rebus fallacibus illaqueare:

Sed tibi prospiciens non cadis in laqueum.

Obtulit isti quidem que pronus stultus adorat.

Hoc est diuitias et bona que perunt.

Et quia nemo potest horum splendore beari:

Quippe nihil prosunt sed nimis officiunt.

Omnibus abiectis eremum letus petisti.

Hoc solum cupiens posse placere deo.

Hec bona fama viri latuit dispersa per orbem.

Sed vaga per multos comonuit populos.

Profuit et multis dans exemplum famulandi

Ille qui bonus est: qui dominus deus est.

Hoc igitur melius quis homo posset meditari:

Ista salus multis profuit atq; tibi.

Quis tam felicem nouit atq; sapientem?

Non noui talem: nec tibi cosimilem.

In te reuera patuit sapientia vera.

Te pietas domini nutrit et docuit.

Hunc elegisti pre cunctis: hunc et amasti.

Quem quicumq; colit: non coluisse pudet.

Sit tibi lux/patria/requies/et gloria parata.

Eui seruire fuit gloria sola tibi.

Titulus beate Marie Eboracensis.

Filius ecclesie mortali carne solutus:

Bruno vir sapiens: quod sua facta probat.

Non est plorandus quia nunq; iam ruiturus

Spes amor atq; fides quod meruere tenet.

Alius eiusdem.

O si voce rei diuini pompa trophei

Posset laudari: vel plene notificari:

Sed quia deficeret: nisi se mea vox cohiberet.

Quod mihi velle datur: perfecte posse negatur.

Sed tamē absq; mora surgat mea per mare proza.

Ut si fas detur: christum laudando precetur.

In memoriam beati Brunonis

Laus tibi summe pater: cui subditur inferus ater.
Laus tibi laus christe: cui mundus subiacet iste.
Celestis doni da premia queso Brunoni.
Et tibi qui vixit: qui mundo se crucifixit:
Vivat in eternum nec mortis tangat auernum.
Quod petitis vobis impendite mutuo nobis.

Titulus sancti petri Eboracensis

ecclesie que est Anglie metropolis.

Pro quo Bruno breuis reprobauit noxia vite:
Ipse rependat ei munera perpetue.

Alius titulus eiusdem.

Fama prius nobis retulit quam litera vestra:
Non de morte quidem: sed bonitate viri.
Gemma domus dñi Bruno fuit: atq; columna:
Et fidei verus cultor apostolice.
Vera fides eius virtutibus edificata/
Ethereas edes edificauit ei.
Gloria diuitie persona scientia rerum/
Illi clara satis: sed pede pressit ea.
Sunt que dant homini post mortē viuere posse:
Nec tamen hec possunt morte carere dare:
Mors premit omne caput: que si cui parcere posset:
Certe Brunoni parcere debuerat.
Mors bona mors felix: si mors est illa vocanda:
Quam sequitur requies vitæq; perpetua.
Si quid ei terrena dedit contagio sordis:
(Nam sine peccato viuere nemo potest)
Abluat illa deus: qui trinus viuit et vnus.
Et det ei requiem dicat et omnis Amen
Quod petitis vestris: iam fecimus et faciemus.
Et petimus nostris vt faciatis idem.

Titulus sancti Iohannis archi-

episcopi Beuerlakensis ecclesie.

Bruno quod spreuit viuens in morte reliquit.
Nam mundum fugit mundanaq; vilia dixit.
Christo seruiuit quare celum penetrauit.
Ipsius tales transmittere sed quia fratres

In memoriã beati Brunonis

Chartam fecerunt: nostri domini voluerunt.
Pro famulo tanto postremo tempore functo:
Officium seruis gratum persolvere cunctis.

Item Ricardus ad eundem.

Qui casu mortis sublato patre doletis:
Ponite tristitiam/manet omnis exitus idem.
Hinc est pensandum: quia mundi gloria fenum:
Ad tempus floret/florens pertransit/et aret.
Et quia sic floret: florens sic transit/et aret.
Declinemus eam/magis inquirendo futuram.
Iam precessisti: iam regula Bruno fuisti.
Iam conclusisti: quod caute proposuisti.
Florebas mundo fragili: sed flore caduco
Spreuisti mundum fragilem/ floremq; caducum
Contemplatiue querens succedere vite.
Quam tibi concedat: qui secla per omnia regnat.

Item Albertus ad eundem.

Hec pietas christi tibi Bruno quod meruisti.
Factus in hac vita monach' prius: hinc eremita.

Item Turstanus ad eundem.

Sit tibi Bruno quies: sit lux/ sit gloria perpes.
Sit tibi vera salus/ vera medela deus.

Item Richardus ad eundem.

Eternam sedem nobis inuidit/ et edem/
Eterne sedis factus prior exul/ et edis.
Arboris illicite dum gustum suggerit eue.
Gustat/ sit gustans mortalibus addita fatis.
Porrexitq; viro casu simili ruituro.
Immortalis erat sicut deitatis imago.
Immortalis erat costis educta virago.
Sed mox post gustum mortales efficiuntur.
Deiectuq; graui paradiso deijciuntur.
Intrauit mundum mors effera/ subdidit illum.
Legibus illa suis/ moritur qui nascitur omnis.
Parcere non nouit: sed nec tibi Bruno pepercit.
Apposuit patribus/ iam sit tibi viuere chastus.
Et raptum mundo terestituat paradiso.

In memoriã beati Brunonis
Item Duilhelmus ad eundẽ.

Carmina si possent tanto prodesse patrono/
Jam prodesset ei musa canora mei.
Carmina cantasset titulo fruitura perenni:
Mille modis tanto psalleret illa viro.
Psalleret illa viro studiosa mente/manuq;
Linguaq; magnificum magnificaret eum.
Sed quia defuncto/nil profunt carmina laudis:
Virtus summa dei propitiatur ei.
Torruerat phebuis bis sex octoq; diebus
Libram: cum vita discessit ab hac eremita.

Ad titulum sancti Petri
Castrensis ecclesie.

Gloria iustorum/solatia sola reorum/
Bruno fuit viuens/parsq; dolor moriens.
Totius cleri decus/exemplar quoq; veri/
Mors dolor eripuit/dum pater occubuit.
Effectus monachus prius/hinc eremitaq; rectus:
Gratia summa dei propitiatur ei.
Huc tendunt vota/quo propitiatio tota
Sit fragili vite/sub breuitate site.
Huic fuit octobris immanibus edita probus
Finis sexta dies: sit sibi iam requies.

Item alius titulus eiusdẽ.

Personæ titulus sub nomine pretitulatus
Virginis et matris/quã post dominũ colit orbis:
Diuersos luctus mundus sonat vndiq; totus:
Ad multas mortes secum ducendo cohortes:
Prosternit cunctos sacro baptisate lotos:
Sicut demonstrat Brunonis clara lucerna.
Is cum multorum laudetur voce viroꝝ:
Sit meritis morum spectabilis eximioꝝ:
Lege tamen mortis/sors hunc tulit impia portis:
Flemus vobiscũ: sed opus quid ad hec nisi christũ
Poscere: quod requies sibi sit post funera perpes.
Et vestris functis dedim?: sic vos date nostris.

In memoriam beati Brunonis

Titulus sancte Marie sanctiqz Aldelmi
episcopi et confessoris malmesbenensis ecclesie.

Hic bonus athleta / cuius celeberrima vita
Istic narratur: laudabilis esse probatur:

Nam si sic vixit: presens vt chartula dixit:

Et si munificus fuit / et pius atqz pudicus:

Si sibi met parcus fuit: indignis quoqz largus:

Si calcator opum: si spretor deliciarum:

Si verbis cultus fuit / et bene morigeratus:

Est quid opus verbo / quid dicere plura laboro:

Nam nunc tantorum celum tenet arte honorum.

Nam sibi pro meritis est redditus astriger axis.

Nunc igitur Bruno letatur / et heret in vno:

Unum suscepit Bruno: qui multa reliquit.

Est tamen hoc solum cunctis prestantius vnum:

Si qua sit magnum / iuuat hoc addiscere lucrum:

Sat dicam breuiter: paucisqz docebo patenter.

Suscepit christum solamen dulce laborum.

Quid pdest igitur: quod nos sibi versificamur:

Sed puto proficere: si dico deus miserere.

Ast quoniam nemo peccaminis est sine neuo:

Si quod habet facinus: tu bone terge deus.

Titulus sancte Marie Rothomagensis ecclesie.

Ecclesie sancte totius luceat ordo:

Humani generis flens irreparabile damnū:

Abundo decessit mundani victor honoris:

Bruno pater sancte fundatur religionis.

Cuius tanta piam vitam comendat honestas:

Et sit eum cuiquam non equiparare potestas.

Ipse fuit sapiens / vir nobilis: indole fulgens:

Imbutus fonte totius philosophie.

In quo cum virtus probitatis viua niteret:

Glorificos fasces qua promeruisse valeret:

Proculcator opum: cunctorū spretor honorum:

Et mūdi stultam pede contudit ambitionē.

Et studio sanctam fundauit religionē.

Abundum declinans: mundi sublimia vitans:

b ij

In memoriam beati Brunonis

Et legit potius privata degere vita.
Sed quamuis humilis/claris meritis eremita:
Cuius magnifice quoniam seriem pietatis
Nemo referre valet:actusve pie bonitatis:
His pretermisissis/precibus nos inuigilemus:
Atq; patrē summū/deuota mente rogemus:
Et pater eximius vitali luce fruatur:
Iustus et agminibus iustorum consocietur.
TMos rothomagenses metropolis ecclesie cano-
nici singulis annis venerabilis viri Brunonis an-
niversarium faciemus.

Rothomagi montis Titulus sancte Trinitatis.

Quamuis mens hominis nescit discernere: finis
Quis sit cunctorum: sed fons et origo bonorum:
Cui patet occultum: nec quid dimittit inultum:
Nos tamen vt mores designant exteriores:
Dulcis/et emerite pia consummatio vite:
Credimus ad superos quod vester transijt heros.
Que vos oratis de votis concelebratis:
Hec eadem nostris exposcimus vt faciatis:
Et viuant christo: quos carcere soluit ab isto.

Titulus sancti Leodegarij.

Hic leodegarij titulus describitur almi.
A facie mortis nequit vllus sistere fortis.
Sed fumo similis vita viri sterilis
Labitur vt ventus pulcherrima nata iuuentus:
Eque tolluntur pessimus atq; bonus.
Omnes morte ruunt: terramq; cadauera querūt:
In nihilum veniunt: vermibus esca fluunt.
Corpora putrescunt: que viua superba fuerūt:
Horrida fit caro/mortua cuncta caro.
Ador homo cum moritur/statim sua fossa paratur:
Echarus post nullus curat habere suus.
Sed sociat cineri iam fetens corpus amici.
O quam vanus amor/cum cadit omnis honor.
Brunoni dedimus/quod debitus exigit vsus:
Nos et idem nostris persoluite subtitularis.

In memoriã beati Brunonis

Titulus sc̃te Marie potileuieñ. cenobij

Exiit e mundo vir mundi spretor / ad illum

Qui mundum fecit: quem sine fine videt.

Et licet hic tanq̃ tenebrosus Bruno vocetur:

Est tamen et fama lucidus / et meritis.

Luce dei fruitur / quia lucem respuit istam:

Et pro deserto celica regna colit.

Vos igitur fratres pro leto ne doleatis:

Esse suos letos letus et ipse cupit.

Si quid ei minus est: deus illi compleat illud.

Et nostros vestris iungat ei precibus.

Titulus sc̃te Marie Baiocēsis ecclie.

Strenuus / et fortis conseruator monachorũ:

Prouidus et mortis / fundator cenobiorum:

Sanctorũq; patrum pius / et clemens imitator:

Solamen fratrum / sancte virtutis amator:

Morum contrector iustus: pia spes miserorũ:

Justicie rector: custos et vbiq; bonorum:

Moribus ornatus: vas et plenum pietatis:

Fortiter armatus clypeo vere probitatis:

Humane Bruno subiit ius conditiõis:

Letibus angelice coniugendus legionis.

Non ibi raptores habitant: nec turba rebellis:

Nec prauis mores ibi sunt: sed quisq; fidelis.

Quo nobis aditum tribuat rex perpetualis:

Mortis post obitum protectio spiritualis:

Spiritus hic summa Brunonis pace fruatur:

Luceq; splendiflua pietate dei potiatur.

Versus Scholares eiusdem vr̃bis.

Hic dolor o Bruno plus q̃ p̃cessit ab vno:

Unde dolet / plangit: quã mors tua fundit? angit.

Non lachrymando parũ cõmunis turba scholarũ:

Atq; genu prono tali viduata patrono:

Pro merito dando diffundit vota precando:

Et regem poscit / qui cuncta latentia noscit:

Et tibi det vitam / te suscipiens eremitã.

Titulus sancti Georgij eiusdẽ vr̃bis.

Flos eremitarũ / lumen mirabile / clarum

In memoriam beati Brunonis.

Syodus Bruno patrum/vigor/ ordo/ regula fratrum/
Exemplarq; vie celestis/ fonsq; sophie:
Has tetigit metas/ quibus omnis clauditur etas.
In numero fratrum te scripsimus optime patrum.
Sedula deuote fundendo precamina pro te:
Et pietate dei/ tibi detur pars requiei.

Titulus sancti Stephani ad eundem.

Si vel per gemitum/ vel per lachrymas dare vitam
Hic mundus posset/ mundus vtrunq; daret:
Et sibi sublatum semel eliceret redituum
Brunonem/ miseris spem/ decus auxilium.
Qui sectans eremum/ propriamq; crucem baiulando/
Actu compleuit/ ore quod edocuit.
Remigiumq; tenens fidei/ spem fixit in astris:
Et rate felici iam mare transiit.
Et quia non per se valet vllus posse beari:
Hunc immensa dei gratia iustificet.

Titu. sancti Vigoris Lerasiaci cenobij.

Humilis grex cenobij Lerasiensis beati Vigo-
ris/ premonitus oraculo diuino / p anima religiosi
ac deo dilecti Brunonis/ generale officium persoluit:
orans/ vt ei parcat summa dei pietas.

Titu. sancte Marie Lotantiensis ecclie.

Christus doctorum doctor: fons atq; bonorum:
Bonet Brunoni/ quod meruere boni.
Esse deum verum sequitur non esse seuerum:
Huic igitur placidus sit sine fine deus.
Nam genus humanum/ cōfectum crimine vanum:
Iste pater docuit/ quam melius potuit.
Christi mandatum pandens/ dare munus amatū
Seruanti vitam dat quia perpetuam.
Nec solum verbis/ vt durus doctor/ acerbis
Perdocet: ast factis persequitur proprijs.
Perpetua vita cur non caret hic eremita:
Est quoniam verus solus in orbe deus.
Quod petitis vestris/ hoc christus det quoq; nr̄is:
Insimul vt socij sint sine fine dei.

212

In memoriã beati Brunonis

Versus Scholares eiusdem vrbis.

Bruno multorum præceptor grãmaticorum/
Lunctis corporeum nunciat interitũ.
Grãmaticus/rhetor/dialecticus/astrologusq;
Effugerent mortem/si fugienda foret.
Sed quia mors nulla nequit auferri medicina:
Semper quisq; suum cogitet interitũ.

Titulus sancti Michaelis

de periculo maris.

Mira dei virtus/mirandos perficit actus.
Quosdam iustificat:quosdam de morte repulsat:
Quos vult ignorat:quos vult solide sibi firmat:
In quibus hic Bruno vir religionis amator
Colligitur/capitur/feliciter annumeratur.
Huius sicut opus rotuli contestificatur.

Titulus sancti Petri Casalis.

¶ Vita Brunonis fides et opera/si talis extitit vt
dicit littera:

Non est lugendus/cum sit superis sociatus.
Sed si dum fragilis toleramus pondera carnis:
Nullus compareat/qui sic sine crimine viuat:
Et caueat factis/aut nõ delinquere verbis:
¶ Idcirco christum deprecamur/vt si in aliq; offen-
dit iste pater/dignetur indulgere.

Titulus sancte Marie Louleii cenobij.

¶ Audito trãsitu beatissimi eremite Brunonis/ce-
nomanensis mater ecclesia/trigenariũ ei fecit annuer-
sarium/depositiõis diem celebratura.

Titulus sancti Iuliani cenomanensis.

Morte tua flendum:nõ credimus optime Bruno.
Qui fugiens vanos mundi pereuntis honores:
Angelicam in terris vitam sapiens imitatus:
Corpore adhuc viuens celestia mente petebas.
Corpore ergo malis christo miserãte solutus:
Sedibus etheriis eterna pace frueris.
O vtinam tua sancta sequi vestigia posseni:
Corpore istius quo letus damna subirem.

In memoriam beati Brunonis

Alius titulus eiusdem.

Vixit in ecclesia firmissima Bruno columna.

Occidit vnde decus ecclesie titubat.

Mundalis luget: celestis curia gaudet:

Hec perdit: tantum suscipit illa virum.

Debita nature soluit meliora secutus.

Cui pro morte breui vita perennis erit.

Alius eiusdem.

Ad superos superum cultor sociusq; recessit:

Commendans terre Bruno / quod eius erat.

Sarcinulasq; leues / et agentem pro thea mundum

Bespicit: eternas pauper adeptus opes.

Depositum interea cineri miscetur / idemq;

Sperat / et expectat premia sorte pari.

Suspicio angelicas huic exultare cohortes.

Et celi ciues plaudere ciue nouo.

Sexta dies octobris erat: cum Bruno secutus

Naturam: superos exoneratus adit.

Alius eiusdem titulus.

Iste superna petens sincera religione:

Regnat cum sanctis in celesti regione.

Iste laborauit / felix labor / vnde vocauit

Gloria sanctorum: merces miranda laborum

Te: tibi se Bruno dans regnum rege sub vno.

Rege sub hoc dico: maiestas cuius olympo

Fulget: et est sanctis lux / gloria / vita perennis.

Istius ergo decet nos commendare laborem:

Muneris eterni decet et laudare datorem:

Impetret et nobis nostre deuotio laudis:

Munere diuino regnemus rege sub illo.

Titu. sancti Vincentij Lenomanensis.

Si posset lachrymis / et planctu vita reduci:

Cum gemitu magno / et lachrymis / planctuq; pteruo:

Totius florem mundi / clericq; decorem:

Tristis Brunonem lachrymarer luce carentem.

Titu. ecclesie beati Iuliani de Prato.

Isti Brunoni tribuatur vita perennis.

In memoriam beati Brunonis

Spiritus atq; suus celesti sede receptus/
Regnet cum domino/felix sit nunc/et in euo.
Hic vir preclarus vita/doctorq; beatus/
Felix in clero fultit/per dogmata mundo:
Unde pio gemitu/profusus fletibus/et nos
Oremus christum:quo det sibi nunc paradisum.

Titu. scti Mauricij sedis Andegauensis.

Ballia tristatur:calaber populus lachrymatur:
Doctoremq; bonum gemit ista / flet illa patronum.
Vite presentis hec laudat eum documentis.
Eius et eximia celebratur vbiq; sophia.
Plusq; Maronis laudatur lingua Brunonis.
Gloria Platonis vilescit laude Brunonis.
Hic precellebat doctoribus/hic faciebat
Summos doctores/non instituendo minores.
Doctor doctorum fuit hic/non clericorum.
Nam nec honestates verborum/nec grauitates
Sumpsit Brunonis: nisi vir magne rationis:
Rectio prudentis superabat acumina mentis:
Et documentorum doctor satis extitit horum:
His plus perfectam voluit preponere sectam:
Nunciat egregiam diuina docendo sophiam.
Primaq; destruxit:et tanq; friuola duxit.
Dux prius erroris/monstrauit iter melioris
Postea doctrine/que gaudia dat sine fine.
Sed nil mundana sapientia dat/ nisi vana:
Hec facit elatos pompa/facit illa beatos.
Factis complebat operando/quod ore docebat.
Aultos sermones faciebat per regiones:
Urbem transiit Romam/calabrosq; petiuit.
Hic abbas factus:est tandem celica nactus.
Hinc gens illa gemit:quia patrem casus ademit.
Cunq; virum talem plozat tam spiritualem:
Non mors pastoris/sed damnum causa doloris.

Titu. scti Florentij Blamuensis cenobij.

In varijs membris corpus distinguitur illud:

In memoriam beati Brunonis.

Cui caput est christus regnator catholicorum.
In quo nos monachi mediocria membra locati:
Credimus excelsos in eo veros eremitas.
De quorum numero te Bruno magne fatentes,
Spretus honor mundi quod nobis testificatur.
Et sancte vite finis bonus astipulatur.
Cum tibi descriptas laudes omnino probemus:
Nosque tuis meritis fulciri posse putemus.
Et tamen orantium fratrum precibus faueamus:
Effudisse preces pro te nos notificamus.
Unde vicem nobis reddendam non dubitamus.

Titulus sancti Nicolai eiusdem urbis.

¶ Necdum vester nostros lares rolliger attigerat: cum
Lambertus abbas noster iam eum susceperat: et de tan-
to patre dignos iam versus ascripserat: illud autem quod
promisit libenter concedimus: et augere iam promissis
iterum promittimus: pro Brunone quem iam cum deo
regnare credimus.

Bruno fuit fons doctrine norma veri dogmatis:
Aristotelis profunda superans et socratis:
Supergrediens platonem: sacri dono chrismatis:
Vixit homo plus quam homo: pressus mole carnea:
Vivens tamen pressit carnem tendens ad ethera.
Spernens mundum moribundum ob regna celestia.
Vivat Bruno felix celis cum supernis ceteribus.
Lernat regem cuius legem conseruauit actibus.
Vosque patres et confratres orate pro fratribus.

Titulus sancte Marie Dolensis cenobii.

¶ Prout vestra dignatur expetere scitias: et nos dolensis ceno-
bii fratres fraternitatis vestre desolationi compassi: pro beati patris nostri
ac magistri Brunonis anima: deuotissimarum orationum suffragia: mox
ut eius audiuimus obitum: omnipotenti domino persolvere curauimus. Ac
preter cetera missarum tricennalium: necnon elemosynarum suffragia:
annue sibi misse beneficium: quod quotidie et annuete domino per-
soluitur: paterne deuouimus dilectionis affectu: insuper et eius
memoriam nostre scripto matricule commendamus: ut quotannis fra-
terne deuotionis affectus ad commendam eum omnipotenti do-
mino eius lecto nomine excitetur.

In memoriam beati Brunonis.

Titulus sancti Michaelis Eremiti.

Mors hominum seua quam nobis attulit eua:
 Omnibus illa nocet: vt liber iste docet.
 Omnes illa terit regnum super omnia querit.
 Iustus Bruno fuit vt liber hic docuit.
 Bruno fuit iustus simplex humilisq; venustus:
 Mors tamen vt voluit viuere non potuit.
 Et quia membra iacent: gemitus pro funere cessent:
 Pro gemitu quonia nullus habet veniam.
 Nos ergo instemus: dominuq; deum rogemus:
 Ante suam faciem: quod sibi det requiem.

Titulus sancte Marie Lucionensis.

Fratres qui estis in Eremito que dicitur Turris:
 notum sit omnibus vobis: quod pro domino Bruno
 none agamus charitative septem vigilias: et septem
 missas: et panem et vinum domino Reginaldo ab-
 bate imperante.

Titulus sancti Petri apo-
stoli Maliacensis.

Concedatur ei locus a domino requies:
 Quem semper coluit viuere dum potuit.

Titulus Ecclesie beati Vincentij
conuentus Noliensium.

Noliensium conuentu in beati Vincentij ecclesia
 iuxta summi patris augustini instituta horis regula-
 ribus psallendo attetu visa schedula que Brunonis in-
 coparabilis philosophi obitu patefecit: tantus timor
 tantusq; horror occupauit: qd vix debitum officium co-
 plere pualuit. Quis em non obstupesceret: imo ab in-
 timis cordis ingemisceret: cu tantu viru toti sciencie
 et pene oim clericorum lumē et fundamētū nature co-
 cessisse audiret: Sed quia inenitabile constat: et sal-
 uatorem nostru legem mortis ad hora subisse cre-
 dimus: quod in alijs lugeremus: merorem in Bru-
 none gaudio miramus. Bruno namq; veram scien-
 tiam et prudentiam liberaliu artium necno ceteras
 cardinales virtutes habuit et seruauit: quas in bo-
 no fine consumauit. Budu siqde ecclie sedis remesiu

In memoriam beati Brunonis

summus didascalus: utpote in psalterio/et ceteris
sciētīs luculētissimus:et columna totius metropo-
lis diu extitit. Sed quia hoc totū vere transitoriū
perpēdit:post vitā eremiticā/arctiorē/et inusitatissi-
mā eremū in transmarinis partib⁹ expetijt. Et inde
domino vocante/ad sūmi regis conuiuia letus per-
rexit. Ubi licet angelicum psalterium credamus cū
christo decantare:tamen si quid macule/quoad vi-
ueret/ex originali parēte/seu ex actuali vita/oblutio-
ne/seu incuria contempsit abolere:totius pietatis/
nec nō misericordie fontem/prece et mente oremus
assidue: quaten⁹ ei velit indulgere. Et vt pro eo il-
lud impetrem⁹:continuis septē diebus officiū mor-
tuis debitum/christo persoluemus.

Schola eiusdem loci.

Lumen erat Bruno/ dum vixit/francigenarū.

Lux cleri fruitur nunc lumine celicolarū.

Est etenim tali condignus honore potiri.

Qui vitam vita celestem duxit in ista.

Delirat plane cor habet rationis inane:

Quisquis testatur secus:aut aliud meditat.

Et narrat chartam nobis qui detulit istam.

Si de terrena sibi quicq; fece cohesit.

Illud ab hoc tergat/qui mundi crimina purgat.

Alius titulus eiusdem.

Lux fuerat mundo Bruno dum vixit in isto.

Sed modo relucet:quia celi sede relucet.

Nonuit psalterium/sed nunc canit organa sursum.

Edocuit multos:nunc cernit in ethera sanctos.

Doctor doctorum:nunc vnus celicolarū.

In terris doctor:nunc christo plaudet in alto.

Funde preces ergo pro nobis inclyte Bruno.

Et nos econtra nitentur reddere vota.

Nam cupimus tecum cum christo viuere sursum.

Et decimo cuncti flagitamus in ordine poni.

Titulus scti Pauli apli Lormaricensis

Dominis et fratrib⁹ meis deo omnipotēti in mo-
nasterio sancte marie de eremo/que turris dicitur/ser-
uientib⁹

In memoriã beati Brunonis

nientib⁹ Adainardus/vti mūdo/frui deo. Anno ab
 incarnatiōe dñi nostri iesu christi millesimo centesi-
 mosecūdo calendis nouēbris suscepi rotulū istum.
 legi i eo beatā vtputo aiām suauissimi magistri mei
 Brunonis seculi hui⁹ vaporē transitoriū pseueran-
 do i vera charitate efflauisse. pēnisq; virtutū celestia
 regna subiisse. Gausus vtiq; sup tāti viri glorioso
 fine. sed quia intētio indefessa mihi inerat ad eum in
 breui p̄gere: eūq; videre: et audire: oēsq; animi mei
 estus i illū refundere: et vobiscū sub ei⁹ ducatu sc̄tē
 trinitati obedire: vltra quā dicere possim: de inopi-
 nato trāsitu ei⁹ p̄turbat⁹ sum. nec retinere potui ha-
 benas vltro p̄fluentium lachrymar. Adainardus
 inquā ego in Cormaniēsi monasterio monachorū
 plurimoz noie nō ope prior: Remoz ciuitatis oriū
 dus fui. dñi hui⁹ Brunonis aliq̄t ānis doctrinā au-
 diui. deoq; volēte admodū p̄feci. p̄fectusq; mei gra-
 tes dño Brunoni/et si in hacvita reddere nō potui:
 nūc saltē aiē illi⁹ exhibere statui. Habebo itaq; illū/
 omēsq; in christo dilectores ei⁹ in memoriali meo:
 q̄diu spirare potero: vniuersosq; cōuictores meos
 filios/ac fratres spūales ad idē op⁹ p̄ posse meo p̄-
 uocabo. excitabo. p̄mouebo. preces. oblatiōes: ele-
 mosynas: p̄ eo nō aliter: nec min⁹: q̄ p̄ meipso offe-
 ram deo trinitati q̄diu fuerit spirit⁹ in narib⁹ meis.

Titulus sancti Saluatoris mundi sanctiq; Hildasij cōfessoris Bolensis.

Bruno cum domino regnat per secula celo.
¶ Quoniā pro omib⁹ hominib⁹/ quos sc̄tā virgo
 mater ecclesia p̄ aquā/ et spiritū sanctū/ p̄ vniuersa mū-
 di climata/ ab omi errore: et primo originali peccato
 emundans/ p̄ dies regenerat: debet fideliter ad dñm
 oratio fundi: maxime p̄ illis p̄cū instantia/ orōnūq;
 perpes memoria/ debet ab omi catholico adhiberi:
 quoz adiutorio/ et beneficio credim⁹ posse adiuua-
 ri. Quocirca hui⁹ excellentissimi viri Brunonis au-
 dita a dño vocatiōe: tria officia in cōuētū pleniora
 statuim⁹ pagere. Anima eius requiescat in pace.

In memoriam beati Brunonis
Titulus sancte Marie Tro-
peiensis ecclesie.

Unde deo gratus fuit Bruno/ inde beatus:
Quem si laudarem: non hunc pro laude bearem.
Reddo deo grates/ quod habebat tot bonitates:
Quot possunt dici lingua sapientis amici:
Inde cutis colli/ teritur pre pondere rolli:
Rolligeri collum/ nequit ultra tollere rollum.
Quo tot eum tantis/ scribunt et aula tonantis.
Et sol cum luna/ stellarum cursus/ et vna
Lux/ polus/ aer/ humus/ mare/ tartara/ sulphure/ fumus/
Lividus/ obscenus/ fetensque/ putredine plenus:
Que plaga plutonis procul est a sorte Brunonis.
Ampla fuit charta: nunc parua videtur/ et arcta:
Qua fors/ qua fatum/ qua scribitur omne creatum.
Atque creatoris sine tempore tempus honoris.
Cuius in hac vita/ vite fuit hic eremita:
Quam pius et mitis simplex sine agmine litis.
Dicere si nossem: non est quo scribere possem.
Intus/ et a tergo iam pellis scribitur ergo.
Ultra quid dicam: iam nescio dicere quicquam.
Sed tamen vt crescat benedictio: dico quiescat.
Paci dico datus: cum sit super astra locatus.
Si tamen in fossa fiat caro puluis et ossa:
Non obijt viuit/ patriam redeundo petiit.
Vivere que Bruno viuit/ possimus in vno.

Finis.

120

In memoriam beati Brunonis

¶ Diui Brunonis uitæ institutio & de
laude & exornatione ordinis Carthusien-
sis, Carmen sapphicum Sebastiani Brant,

Spiritus sancti mihi gratiam da
Summe cœlorum moderator o rex
Ordinis laudes ualeam sonare:
Carthusiani.

Ecquis ad uitam leuius beatam:
Quis ue secure, citius ue tendit?
Tutius quis nam sua fata anhelat
Carthusiano?

Bruno tu fœlix merito fereris:
Qui uiam latam fugiens sinistra:
Arripis dextram: prior atq; factus.
Carthusianus.

Abdito quærens socijs receptis
Vt loco degas: heremum legebas:
Hortus insignis duce te rigatur.
Carthusianus.

Spernis hæc mundi, bona quæ putantur
Præteris cleri tumidos honores:
Quos queas plures habuisse: factus
Carthusianus.

Tu sacri iuris fueras peritus:
Paginæ sanctæ, docilis magister:
Carus et multis: nihili ista pendis.
Carthusianus.

Inter amfractus: dubiasq; mundi
Semitas: arctam peregre capescis,
Et uiam certam prope insequutus.
Carthusianus.

Addo q; papam uariasq; pompas
Curia temnens: Calabros adisti:
Hos doces normam: struiturq; turris.
Carthusiana.

Nullus obstabat labor, aut grauamen
Quo minus semen iaceret salutis:
Corda fœcundans: bonus iste miles
Carthusianus.

In memoriam beati Brunonis

Vt nec hunc ab re, sciat esse præful
Hugo, præclarum rutilansq; sydus:
Splendeant quondã duce quo sequaces.
Carthusiani.

Scripta, solamen, monitum salubre,
Fratribus mittit heremi uetustis:
Stare quos gaudet ueteri instituto.
Carthusiano.

Bruno tum demum uenerande claudis
Ultimam uitæ, peragisq; metam:
Pace transmigrans superas ad aulas.
Carthusianus.

Regulam linquis satis eminentem:
Patribus multis placidam sacrat.
Pontifex summus probat & decorat
Carthusianos.

Arce nec celsa potuit latere
Ciuitas: lumen modio regi nec
Crescit, & passim procul auctus ordo
Carthusianus.

Non rigor quondã Scythiæ, aut Canopi
Accolis maior, Nitriæ ue montis:
Quam seruent casti modo, sobriq;
Carthusiani.

Terminos certos statuunt peculi:
Cura non auri grauat bos maligni:
Nam sciunt paucis satis esse paucum.
Carthusiani.

Hactenus nunq; fluuio perhenni
Deserit fontis ueteris saporem:
Degener nunq; fuit ordo uisus
Carthusianus.

Vos odor christi bonus: aggregatus
Ex cenobitis & anachoretis:
Plane baptistam tamen æmulantes
Carthusiani.

Mundus haud dignus fuit ut teneret:
Abditos cellis heremum colentes:
Pellibus cinctos capreis, melotis,
Carthusianos.

In memoriam beati Brunonis

Inter arbuſtum nemoris, repertum
Non fuit lignum ſibi comparandum:
Sancta nam radix, pare fronde floret
Carthufiana.

Lugeant quibus ſpacio momenti:
Et licet ſemen iaciant gementes:
Attamen læti ueniunt manipulis
Carthufiani.

Indyctos fructus parit & ſuaues
Arbor: hanc uitem probat hortulanus:
Palmites que fert uiridantis uua:
Carthufiana.

Sabbata & fœdus domini tenetis:
Eſtis eunuchi domini uolentes:
In domo uobis locus eſt herili.
Carthufiani.

Vnicus tecti tugurique cuſtos:
Peruigil paſſer, meditans columba:
Et pelicanus, eremi colonus
Carthufianus.

Turtur o chriſti ſpecioſe: mœrens
Tu gemis ſponſo uiduate caro:
Fronda non curas uiridi cubare
Carthufiane.

Reſpuit quicquid iubeat uoluptas:
Balneum uitas: teneros amiſtus:
Carnibus ueſci fugis, abſtinendo:
Carthufiane.

Ipe non quæris hominum diem: nec
Arrogas laudes populi caducas:
Gloriæ ſpernis ſtimulos inanes
Carthufiane.

Vnius flocci patriam, parentes,
Liberos, fratres, facit & ſorores:
Atque fortunæ bona cuncta temnit.
Carthufianus.

Sæculi ſordes fugit & prophanat
Et ſuam uitam: nihil iſta curat:
Dulce nil chriſto ſine: nil amænum
Carthufiano.

In memoriam beati Brunonis

Qui iugum lætus teneris ab annis
Pertulit: solus sedet & tacebit:
Se super gaudet fore se leuatum
Carthusianus.

Veste procedit cito nuptiali
Obuiam sponso: manibus nitentes
Lampades gestans, oleo decoras:
Carthusianus.

Excubat, longas meditatur horas:
Craftinæ nullus labor est diei:
Quid ue, manducet, bibat, aut fruatur:
Carthusianus.

Insuper carnem uiolant domando:
Incolunt cellas, uigilant, precantur:
Abstinent: corpus macerant flagellis
Carthusiani.

Vnius iussum tolerant prioris:
Quicquid hic mādāt, peragūt uolentes:
Præcipit siquid grauius: faceſcunt
Carthusiani.

Rarior casus: facile inde surgunt:
Paruulos petrae propere atterendo:
Baltheo lumbos, ueneremq; stringunt
Carthusiani.

Id quod elongans facit hos subire
Claustra deserti fugiunt, manentes:
Milites christi lachrymis uacando
Carthusiani.

Sint licet plures populo ferentes
Pabulum: pauci faciunt sed e heu
Quæ docent: solus opere ista monstrat
Carthusianus.

Dat theorijs operam supernis:
Mentis excessu speculatur alta:
Raptus in cœlos, superos tuetur
Carthusianus.

Omne terrenum pedibus reculcans:
Transuolat nubes animi meatu:
Alloquens christum, fruitur loquendo
Carthusianus.

202

In memoriã beati Brunonis

Ciuum turbas, populi tumultus
Ridet, actoris cupidi & querelam:
Pascuæ montes propria tuetur
Carthusianus.

Tradit ad mensam domini talentum
Creditum: lucrum faciens honestum:
Quod suus tollat dominus reuerfus
Carthusianus.

Optimus uitæ modus & probatus
Iure diceris: utinam misellus
Sperem athletam fore me palestræ
Carthusianæ.

Recte fœlicem, penitus beatum,
Teq; perfectum, sine labe, dicam:
Iam Vale nostri memor ordo sancte
Carthusiane.

¶ Exhortatio ad lectorem de uita solitaria.

De numero atheræ quisquis cupis esse palestræ,
Principe sub christo & degere militiam:
Huc precor obtutu figas tua lumina & ora:
Et propere hos sanctos contueare uiros:
Feruor apostolicus: & disciplina prioris
Ecclesiæ, hos fecit linquere cuncta fuga.
His pertesa quidem consortia chara parentum: &
Coniugia: ac mundi dulcia, & illecebræ.
Hos diuinus amor, fructus radice beata
Ferre bonos fecit: & uigilare deo.
His crucifixus erat mundus: deserta petebant:
Quo magis immundi dæmonis arma fugent.
Hos deus omnipotens tua gratia missa superne
Lustrat: & irriguo crescere fonte facit.
O bone christe Iesu, quantos peperere triumphos,
Hi tibi delecti, mellifluiq; uiri.
O tibi quas grates horum uice promit olimpus:
Quas ue chorus laudes concinit angelicus:
Illorum metuende pater prece, respice uultu
Me miserum placido: fac placeamq; tibi.

In memoriam beati Brunonis

DE ORIGINE CARTVSIANAE RELIGIONIS
HENRICI GLAREANI HELVETII POETAE
LAVREATI CENTIMETRVN.

Quæ cartusiacæ sit religionis origo,
Qua fluat historia, Calliopea refer.

Parthijs, rapidas ubi spumifer aggerit undas
Sequana, & occiduas uellet adisse domos,
Atq; ubi culta uiret doctorum turba sophorum,
Turba salutifero non male grata Deo.

Quidam erat insignis, doctrina uisus honesta,
Quem coluit populus, quem coluere senes,
Huic mors, extremam postq; spirauerat auram,
Non pompam inuidit funereasq; faces,

Hic aderant magniq; uiri, doctiq; magistri,
Præclari iuuenes, decrepitiq; senes.

Mos etenim est, functum uita deferre sepulchro,

Qui fuit illius Gymnasiarcha scholæ.
Ecce sed erectus, feretro proclamat ab alto,
Iudicio iusto sum reus ipse Dei.

Obstupere omnes, nec enim leue pondus habebant
Verba resurgentis terribilisq; uiri,

Quid facerent? quis enim, quæ sint arcana tonantis
Iudicia explanet? quis penetrare queat?

Non sepelire placet, donec lux altera cœlum
Pulset, uti uideant quid ferat hora sequens.

Vix sol prodierat, quando replet omnia uulgus,
Irruerant proceres, turbaq; tota simul.

Dum rursus famuli mœstum mouere cadauer,
Dum stupet attonito gens male lecta foro.

Ecce iterum clamo tales dat pectore uoces,
Iusticia & iusto iudice uictus ego.

Rursus inauditus gelidos tremor occupat artus,
Contremuere omnes, omnia terror habet.

Expectare placet, quid fors feret ultima monstri,
Quippe tonant dubio uerba priora sono.

Tertia lux aderat, iam tota cursat in urbe,
Fama mali, & miro murmure tecta subit.

In circum stupidi, atq; arrectis auribus astant,
Quid uelit, auscultant, corpus inane loqui.

In memoriã beati Brunonis

Inronat horrendum, uocemq; in sydera tollit,
 Damnatus iusto iudice digna fero.
 Et quis non timeat? quis non tremat? aut quis ab illis
 Exemplis uitam non uelit esse suam?
 Bruno erat in cunctis longe uenerabilis oris,
 Et decus ac Vbi; gloria rara soli.
 Is septem iusti comites facit esse pauoris,
 Qui syluas secum, tristiaq; antra petant.
 Postq; illuc uenere, simul sedere sub umbra,
 Atq; ab Eremita consilia alta rogant.
 Prodiit in uocem canis pater ille capillis,
 Et docuit, quo sit uita paranda modo.
 Effugite o iuuenes stulti consortia mundi,
 Temnite quæ uobis mors inopina rapit,
 Quicquid id est quod mundus habet, linquamus oportet,
 Nil sane æterni uile cadauer habet.
 Temnite fortunas hominum, mala gaudia mentis,
 Effugite ad mœsti uulnera quinque dei.
 Quarite diuitias cœli, nam summa uoluptas,
 (Ah donum ignotum) dulcis Eremitus erit.
 Hæc ait, illi inter sese pia uerba retractant,
 Cordibus accensis incaluere Deo.
 Transferant Ararim, deinde hædua rura relinquunt,
 Dexterâ Lugdunum, leuâ Gebenna fuit,
 Iamq; aderat Rhodanus, qui gurgite lapsus aperto,
 Ducit ab alpinis frigora sæua iugis.
 Hinc prata Allobrogum atq; Vocontia rura premebant
 Suspiciunt syluas, & nemora alta loci.
 Scilicet aeris quo portenduntur & Alpes,
 Atq; ubi perpetuo frigus & algor adest.
 Hæc placuit duri mira indæmentia cœli,
 Hi scopuli digni carceris esse loco,
 Hugo erat Allobrogum, bene dignus episcopus oris,
 Candidior quo non unus & alter erat,
 Viderat hic septem (dictu mirabile) stellas,
 In nemora excelsi uerticis ire palam.
 Somnium erat, taliq; uiam sibi calle parari
 Coniicit ad cœlum, stelligerasq; domos,
 Hunc adiit Bruno socijs comitantibus, hisce &
 Quid ueniant paucis cõmonuere modis,

In memoriam beati Brunonis

Inclyte forte tuas præsul peruenit ad aures,
Qui modo Parrhisia fertur ab urbe pauor.
Is nos hinc alio uertit, ualediximus orbi,
Vrgemur tacito, tum sine fine, deo.
Non nos huc pepulit fictæ mala gloria famæ,
Non simulatus amor, non simulata fides
Da, petimus, paruum nostris conatibus orbem,
Seu scopulos isto, seu nemora illa loco,
Obstupuit præsul, tacitæ prælagia mentis
Concutiunt totum pectus adusq; uirum
Fœlices animæ dixit, fœlicia certe
Tempora, quæ nostris uos tenuere locis,
Ite inquam ite, uiam uestro disponite fratri,
Quod petitis cautum est, quodq; petetis erit,
En sequor ipse ego uos, manibusq; opibusq; iuuabo,
Immemorem uestri non sinet ulla dies,
Illi abeunt, loca fœda situ, squallentia mucro
Tæsqua uident, trucibus uix habitanda feris,
Hugo subit, templumq; struit tutoq; recessus,
Et modico immensum tempore creuit opus,
Ipse quoq; ut maior grauitas ornaret Eremum,
Induit hunc habitum, rupibus hisce fauet.
Hi primi tantæ sunt religionis alumni,
Hac fluit historia, Calliopea Vale.

Finis. Basileæ.



ergo homines cuius
phara: qui uenturus
al li te no' mini e' us q
in ter ra.
intende placatus. ut
cuius participatio
ni ad confitendum no' in
tota tua quib; inces
deli mente semp sur
multitudine populi
excursu. uictu nob
ne fac & in uirtute tu a
me am. Im alien
rationes sacras annua
mente. p. Lu
due mulieres meret
ua ait. Obsecro nu c
reperi apud ea incub
hec. Eteramus simu
tabus. Mortuus e' d
ressit eu. Juxta sur
e dormientis & collo
sunt insinu meo. Cu
ortuus. Jue diligenti
era. Responditq; al
ait uiuit. Contrari
filius tuus mortuus
ait. Haec dicit filiu
nos: sed filius tuus
mibi gladiu. Cuiq; de
te uiuu induas par
Dix ait mulier
ei. sup filio suo. O
eu. Contrario

u'ginis marie ex semine abrahe orta de tri

bu iuda clara ex stirpe dauid Ds in

atiuitas e' hodie scae marie u'ginis cuius

vita inclita ciuitas illustrat etas Euoe

regali ex p'genie ma ex orta refulget cuius

pa'ib; nos adiuuari mere & spu deuotissime

poscam; Euoe u' iocunditate n'f'itatem

